



Michael Parisiensis
~~autor~~
J. Stobnicensis
wydawca

Cim. Qu. 4001

Questiones veteris ac noue logice cum resolutione textus aristotelis clarissima: ad intentionē doctoris Scoti.



Johānes stobnicēsis

arciū magister Magnifico domino Mathie de miachorv arcium ⁊ medicine doctori egregio. rectori ac vicecancellario studij Cracouiensis optime merito.

Quas olim questiōes veteris ac noue logice cū lucida textus aristotelis resolutione vir doctissimus michael parisiensis arciū ac sacre theologie doctor in studio nostro p̄mus luci dederat, sepiusqꝫ disputando vulgatas effecerat. video iam tum ꝑlixo scribendi officio. tum supuenientibus quibusdā alijs recentioribus apud paucissimos remansisse. meo vero iudicio pro adolescentū eruditiōe vtiliores nusqꝫ hucusqꝫ cōspicio. que ordinatiores. clarioresqꝫ essent. ac plura cōplecterentur. ex qbus facilior esset ad oppinionē doctoris scoti introductio. Fateor em̄ ⁊ ego ingenue. si qd ꝓfecerim. me nō ex aliqua alia lectiōe qꝫ ex his questiōibus ꝑcipua recepisse fundamenta. Idem quoqꝫ ⁊ ex alijs audiui quibus ille summe fuerunt vtilitati ad doctoris nostri doctrinā capescendā. qui in hoc gymnasio clarissimi euasere. Indignū itaqꝫ existimans tantos ꝑceptoris nostri labores magnā ꝓmittētes vtilitatē diucius occultari. ac in paucissimis codicibus in puluere demergi. curaui vt hoc tpe quo tu studij nostri rector ⁊ vicecancellarius esses meritissimus. iterū quasi de nouo in lucē impresse ederentur. tuoqꝫ noī dedicarentur. A quo studiū Cracouiense non tm̄ doctrina sed pulcherrimis etiā beneficijs est nō mediocriter iā adornatū. Quis em̄ tibi gratias nō agat: cū pro plerisqꝫ alijs que in nostram vniuersitatē munificētissime collata sunt a p̄ncipibus regni opera tua in p̄mo ⁊ secūdo rectoratu. quē ante hūc tercium prudentissime gerebas tū ex fundatione tua qua prouidisti vt alter in medicinis lector haberetur. aut ex magnificis edificijs pro studiosis adolescentibus de nouo funditus erectis. quibusdāqꝫ alijs magna impensa instauratis ac plurimū auctis. quibus hoc studiū nostrū sentit vehementer se adiutū. meritoqꝫ te velut patrē colit ac veneratur. Quēadmodū igitur sub tuo patrocinio tutū cōquiescit. ita ⁊ he questiones tuo noīe illustrate aduersarioꝝ morsum contemnant. quas vt benignissimo vultu excipias plurimū rogo.

Przeglądał to dzieło Michała z Paryża (?)
Michał Wiszniewski w r. 1840 m

Questiōes veteris ac noue logice



Utruz logica sit sciētia rationalis vna ⁊ ab alijs distincta

Arguitur primo ꝙ nō sit scientia. qa om̄is sciētia acquirit̄ p demonstrationē. sed logica nō acqrit̄ p demōstrationē. ergo logica nō est scientia. Maior ꝓbat̄ ex diffinitiōe sciētie. Et minor ꝓbatur. qa si logica acquireret̄ p demōstrationē tūc ante logicā esset alia logica p quā acquireret̄ demōstratio. ⁊ per quā esset nota prima demōstratio. ⁊ sic in infinitū esset ꝓcessus in demonstrationibus. igitur.

Arguit̄ scdo. Quia modus sciēdi nō est scientia. sed logica est modus sciendi. ergo logica non est scientia. Maior patet. qa modus rei nō est res cui⁹ est modus. Sed minor ꝓbat̄ per aristotelē scdo methaphisice dicentem. Absurdum est simul querere scientiā ⁊ modū sciēdi. vbi scdm̄ cōmentatorē p modū sciendi philosophus intelligit logicam.

Tercio arguit̄ ꝙ logica nō sit rationalis. qa om̄e reponibile in p̄dicamēto est reale. sed logica est ens reponibile, ergo logica est scientia realis. Maior patet p philosophū quīto ⁊ septimo methaphisice. diuidentē ens qd est extra aīam in decē p̄dicamēta. Et minor ꝓbat̄ sic. qa sciētia est habitus de p̄ma specie qualitatis. vt exemplificat philosophus in predicamentis.

Quarto arguitur ꝙ logica non sit vna. qa illa sciētia nō est vna in qua colligunt̄ plures cōclusiones demōstrabiles p diuersa media. sed sic est de logica. igit̄ nō est vna. Maior ꝓbatur. qa sciētia est habitus cōclusionis ꝑ demōstrationē, ergo multiplicatis cōclusionib⁹ multiplicant̄ scientie. igitur.

Quīto arguit̄ ꝙ logica non sit ab alijs distincta. Quia illa scientia nō est ab alia disticta que est de obiecto

cōmuni oībus alijs sciētijs. sed logica est huiusmodi. igit̄ nō est ab alijs distincta. Minor patet. Quia logica est de sylogismo vel de argumentatione. qbus vtunt̄ oēs alie scientie. ergo logica nō est scientia vna distincta ab alijs.

Sexto confirmat̄ sic. Quia nulla scientia ꝓcedit ex cōibus vt dicit̄ in p̄mo posterioꝝ. sed logica ꝓcedit ex cōibus que possunt applicari oībus alijs scientijs. vt patet in p̄mo topicoꝝ ꝑ philosophū. igit̄ logica nō est specialis scientia.

In oppositū arguit̄ ꝑ philosophū ꝛ ꝑ oēs suos expositores q̄ tradūt logicā tanq̄ scientiā rationalē vnam ab alijs distinctā. In questione erūt tres articuli. sicut ꝛ in alijs questiōibus sequentibus. In p̄mo determinabunt̄ termini in titulo questionis positi. In scd̄o mouebunt̄ dubia ꝛ difficultates circa presentē materiam emergētes. In tercio ponent̄ cōclusiōes respōsales ad p̄ncipale quesitū ꝛ respōdebit̄ ad ratiōes ante oppositū factas.

Quantū ad p̄mū Sciēdū est p̄mo

Et ꝓ declaratiōe p̄mi termini ponit̄ hec distinctio. Duplex est logica. scilicet naturalis ꝛ artificialis. Logica naturalis est quedā naturalis potestas aīe ꝛ intellectus qua naturaliter magis assentim⁹ vero q̄ȝ falso. ex q̄ assensu ꝓcedimus de noticia noti ad ignoti noticiā. Logica eñ naturalis formaliter loquēdo nō est aliud q̄ȝ quedā naturalis ingeniositas. vel abilitas. vel bona dispositio aīe seu intellectus ad ratiocinandū. Sed logica artificialis est quidā habitus acquisitus quo iudicam⁹ de rectitudine argumentatiōis. Vel est illa logica que data est ꝑ regulas certas artis logice. Et iterū illa est duplex. q̄a quedā est vtens ꝛ quedā docēs. Unde logica vtens accipit̄ duobus modis. Unomodo ꝓ habitu scientifico logice acquisito ꝑ demonstrationē quo vtimur in singulis scientijs. demōstrando. diffiniendo. ꝛ verū a falso distinguendo. Alio modo logica capit̄ pro habitu acq̄sito ex frequēti argumentatiōe. siue talis habitus fuerit noticia vera siue falsa. dubia vel firma. Sed logica docēs scd̄m dominū albertū diffinit̄ sic. Logica est que a fantasijs que vident̄ ꝛ non sunt nos liberat. errores damnat. falsitates ostendit. ꝛ lumen rectū in omī tempore cōtemplatiōis prebet. Itē scd̄m bohecium logica est sciētia discer-

nens verū a falso. Itē scd̄m beatū thomā logica est sciētia rationalis actuū ratiōis directiua. Pro cuius intellectu ponit̄ hec distinctio actuum intellectus. Alius est simpliciū app̄hensio. Alius cōpositio ꝛ diuisio Et alius est discursus de vno in aliud. Et debet intelligi hec diuisio de actibus inadequatis intellectus. ipius eñ intellectus est vn⁹ actus adequatus scilicet intelligere. Et scd̄m p̄mū illoꝝ actuū formantur diffinitiones Per secundū v̄o enunciationes. ꝛ per terciū argumentatiōes. Et ab isto tercio actu vocat̄ intellect⁹ ratio. Que ab ysaac sic describit̄. Ratio est rationalis aīe virtus faciens discurrere a causa in causatū. Unde cōformiter ad tres actus intellectus habemus etiā tres partes logice nostrū intellectū in his actibus trib⁹ regulātes ne erret scilicet librū p̄dicabiliū ꝛ p̄dicamentoꝝ q̄ regulāt p̄mū actū intellect⁹. Et librū periarmenias q̄ regulat secūdū. ꝛ totā nouā logicā que regulat terciū. Unde dicit aristotiles in fine secūdi methaphisice q̄ multa sunt impedimēta ꝓpter que solem⁹ impediri a cognitione veritatis. Unū tamē ꝛ p̄cipuū est ignorantia logice. maxima eñ causa erroris antiquoꝝ philosophoꝝ in singulis scientijs scd̄m aristotilē fuit logice ignorantia.

Sciendū est scd̄o q̄ ꝓ declaratiōe secūdi termini supponit̄ q̄ scientia nihil aliud est q̄ȝ quedā qualitas existens subiectiue in aīa disponēs intellectū ad faciliter ꝛ prompte. delectabiliter ꝛ expedite operandū. cōsiderando ꝑ se aliqd̄ obiectū intelligibile de quo talis scientia inq̄rit passiōes ꝛ ꝑ se accidētia ex ꝓprijs p̄ncipijs talis obiecti. Unde sciētia multipliciter accipit̄. Uno modo ꝓ noticia certa alicuius veri qua intellectus cōformiter assentit alicui cōplexo sine tamē euidentia obiecti. Et hoc modo aliqua sciunt̄ ꝑ fidē. sicut dicim⁹ nos scire q̄ hic homo est pater. ꝛ hec mulier est mater. de quo tamē euidētiā nō habemus nisi ꝑ fidē. q̄a alijs credimus. Scd̄o mō accipit̄ sciā ꝓ noticia habēte euidētiā ex obiecto. Et hoc modo dicim⁹ nos scire q̄ paries est albus. eo q̄ videmus albedinē in pariete. Et hoc modo sciētia nō est necessarioꝝ tm̄. sed etiā cōtingentiū. siue sint contingentia nata. siue cōtingētia ad vtrūlibet. Tertio modo accipit̄ sciētia pro noticia euidēte alicuius necessarij nata causari in intellectu ex noticia terminoꝝ intellectoꝝ. ꝛ hoc modo sciunt̄ p̄ncipia. q̄a p̄ncipia cognoscim⁹ inquantū terminos cognoscim⁹ p̄mo posterioꝝ. Quarto mō dicit̄ sciētia noticia euidēs veri necessarij mediati nata causari ex euidēti p̄missaꝝ noticia applicatarum ad

ipm̄ scitū p discursum sylogisticū. Et illo modo distinguit̄ scientia ab in
tellectu. sicut patet p aristotelē sexto ethicoꝝ. Et hoc modo accipit̄ scien
tia in titulo questionis. Ex qua diffinitiōe eliciunt̄ quatuor cōditiones
reqsite ad scientiā ꝓprie dictā. Prima cōditio est ꝙ sit noticia certa ⁊ eui
dens. ⁊ p hoc differt ab oppinione ⁊ suspitiōe. Scḋa cōditio est ꝙ sit de
obiecto necessario. Et p hoc differt ab arte ⁊ prudētia. qa ars ⁊ prudētia
respiciūt obiectū cōtingēs. qḋ possibile est aliter se habere. Tercia cōdi
tio ꝙ talis cognitio sit causata a causa euidēte itellectui. Et p hoc differt
a habitu p̄ncipioꝝ q̄ dicit̄ intellect⁹. Quarta conditio est ꝙ sit causata ex
aliquo prius euidēte applicato ad ipm̄ scitū p discursum sylogisticū. Et
ille cōditiones possunt sufficiēter elici ex diffinitiōe sciētie posita in p̄mo
posteriorum. Scire est rem p causam cognoscere ꝓpter quā res est ⁊ quā
illi⁹ est causa ⁊ nō est cōtingere hoc aliter se habere. nec valet arguere ꝯtra
illā quartā cōditionē. In deo ⁊ I telligētijs est sciētia cū sit pfectio simpli
citer. ⁊ tamē in ipis nō est discursus. Respōdet̄ ꝙ discursus capit̄ dup
pliciter. Uno modo p quodaꝫ pcessu q̄ est ab aliquo prius tpe noto ad
aliqḋ posterius tpe notū. ⁊ sic in ipis nō est discursus nec sciētia ꝓprie di
cta Alio modo accipit̄ discursus p pcessu quo intellectus pcedit ab ali
quo prius a natura cognito ad aliqḋ posteri⁹ natura cognitū simul cuꝫ
tpe. ⁊ sic in ipis est discursus ⁊ sciētia ꝓprie dicta. eo ꝙ in ipis est obiectuꝫ
p̄mariū ⁊ secūdariū. Ex his dicitur p̄mo ꝙ logica naturalis nō est scien
tia. qḋ pbatur. qa nulla scientia inest nobis a natura. sed logica natura
lis inest nobis a natura ergo nō est sciētia. Maior patet p philosophuꝫ
tercio de aīa dicētē. Aīa in p̄ncipio sue creatiōis est tanq̄ꝫ tabula i qua ni
hil est depictū. Dicitur scḋo ꝙ logica vtens scḋo modo sumpta nō est sci
entia. qa oīs sciētia acqritur p demōstrationē. sed logica vtens hoc mo
do accepta indifferent̄ acqritur p sylogismū demōstratiuū. dyaleticum ⁊
sophisticū. igitur nō est sciētia. Dicitur tercio ꝙ logica vtēs p̄mo modo
accepta est sciētia. qa vt sic nō distinguitur a logica docēte. Dicitur quar
to ꝙ logica docens est vera scientia. eo ꝙ sibi cōueniūt quatuor cōditio
nes ad scientiā reqsite. Ex quo infertur p modū corrolarij ꝙ logica vtēs
scḋo modo accepta ⁊ logica docens sunt habitus realiter distincti et a se
inuicem separabiles.

Sciendū est tercio ꝙ p declarati
one tercij termini ponūtur quedā distinctiones ⁊ aliqua dicta. ¶ prima

distinctio habituū qḋā est infusus q̄ scilicet imp̄mitur potentie vt sciētie
ꝓphetaꝝ ⁊ apostoloꝝ. Alius est cōcreatus. vt scientia angeloꝝ. Alius est
acqsitus q̄ scilicet mediante actu potētie acqrit̄. ¶ Scḋa distinctio habi
tuū acqsitoꝝ alius est intellectualis q̄ scilicet est in intellectu subiectiue.
Alius est moralis. q̄ scilicet est subiectiue in volūtate licet scḋm aliquos
sit in appetitu scilicet sensitiuo. ¶ Tercia distinctio habituū intellectuali
um alius est quo indifferent̄ cōtingit assentire vero ⁊ falso diuisim. vt fi
des ⁊ oppinio. Alius est quo impossibile est assentire vero aut dicere ve
rū. vt error ⁊ ignorātia praue dispositiōis. Alius est quo impossibile est
dicere falsum ⁊ assentire falso. ¶ Quarta distinctio habituū intellectualiū
quibus impossibile est assentire falso. Alius est intellectus. alius sapiētia
alius sciētia. alius prudētia. ⁊ ali⁹ ars. Quoꝝ sufficiētia sic habetur. Quia
oīs habitus intellectualis quo impossibile est falsuꝫ dicere est circa ve
rū. aut est circa verū necessariū. aut circa verū cōtingēs. Si circa verū ne
cessariū hoc est trip'icit̄. vel qa est circa ꝯclusiōes. ⁊ sic est sciētia. ista em̄ est
habitus cōclusiōis p demōstrationē acqsitus. Aut est circa principia. ⁊
sic est intellectus. nō qḋē accipiēdo intellectū p potētia. sed p habitu el
potētie. eo ꝙ causat̄ in potētia. nō mediāte habitu priori. sed ex sola noti
cia terminoꝝ. q̄bus apphēsis intellectus statim assentit eoꝝ ꝯplexionē
Et intellectus hoc modo captus semp est veroꝝ. aut talis habit⁹ est cir
ca p̄ncipia ac ꝯclusiōes simul. ⁊ sic est sapiētia. ipa em̄ est intellectus ⁊ sciē
tia honorabilissimoꝝ in natura. Si sit circa verū ꝯtingēs hoc est dupplı
citer. Uel est circa agibilia. ⁊ sic est prudentia. Que sic describit̄. Est recta
ratio reꝝ a nobis agibiliū. Uel ē circa factibilia. ⁊ sic est ars. ipa em̄ ē recta
ratio rerū a nobis factibiliū. ¶ Quinta distinctio noticia potest dici rati
onalis quadruplicit̄. Uno modo eo ꝙ sit pfectiua rationis. vt forma in
aīa cristēs. ⁊ sic oīs sciētia est rationalis. Scḋo modo dicit̄ rationalis ꝙ
ipa inuēta est p actū ratiōis inqrentis ignotū ex noto. Tercio modo sciē
tia dicit̄ rationalis. qa ipa est de ente ratiōis tanq̄ꝫ de obiecto. ⁊ hoc mo
do sciētia rationalis distinguit̄ ꝯtra sciētiā realē. Quarto modo dicit̄ sciē
tia rationalis. qa est directiua ratiōis in actibus suis. Unde logicam esse
rationalē potest dupplicit̄ intelligi. Uno modo formalit̄ ⁊ intrinsice. ⁊ sic
non est scientia rationalis. Alio modo extrinsice ⁊ obiectiue. ⁊ sic est scien
tia rationalis. Unde quādocūq̄ꝫ reale ⁊ rationale addunt̄ enti aut quali
tati. aut quātitati tūc scḋm vsum loquēdi nomināt realitatē aut rationa
litatem intrinsecā. ⁊ sic homo dicit̄ rationalis. Sed quādo addūtur scien

[Distinccio habituum]

[Suficiencia habituum]

[Noticia … duplicitur]

[Regula]

[Logica … dupliciter intelligitur]

tie tũc nominãt realitatẽ aut rationabilitatẽ extrinsecã ꝛ obiectiuaꝫ. ¶ Ex istis eliciuntur aliqua dicta. Primũ ꝙ logica est scientia rationalis p̃mo ꝛ secũdo modo. eo ꝙ est forma pfectiua rationis ꝛ inuenta ꝑ rationem. ¶ Scḋm dictuꝫ. Logica est rationalis tercio ꝛ quarto modo. qḋ ꝓbatur sic. qꝛ oĩs habitus ꝑ demõstrationẽ acquisitus q̃ est directiu' actuũ rationis est sciẽtia tercio ꝛ quarto modis. Sed logica est huiusmodi. igitur. ¶ Terciũ dictũ. Logica est sciẽtia rationalis intrĩsice ꝛ formaliter. qḋ patet. qꝛ est quedã qualitas realis de p̃ma specie qualitatis ¶ Quartũ dictũ Logica est sciẽtia rationalis extrinsice ꝛ obiectiue ab obiecto. Probatur qꝛ ip̃a est de secũdis intẽtionib' adiũctis p̃mis. vt dicit auicẽna. sed secũde intẽtiões sunt quedã entia rationis. ideo logica est sciẽtia extrinsice rationalis ꝛ obiectiue ab obiecto.

Sciendũ quarto ꝙ ꝑ declaratione vltime particule tituli questionis videndũ est de cõmunitate logice. ꝛ de eius vnitate. Pro p̃mo igitur ponitur hec distinctio, Sciẽtia potest dici ꝯmunis tripliciť, Vno modo ꝑ p̃dicationẽ. Et hoc dupplicit̃. Vno modo ꝑ p̃dicationẽ ip̃i' sciẽtie de oĩb' aut de multis alijs sciẽtijs Et isto modo nulla sciẽtia dicitur ꝯmunis. Alio modo ꝑ p̃dicationẽ sui subiecti de subiectis oĩm aut pluriũ sciẽtiaꝝ. Et hoc modo methaphisica dicitur cõmunis. subiectũ em̃ ip̃ius qḋ est ens p̃dicatur de subiectis aliaꝝ sciẽtiarũ, Alio modo dicitur sciẽtia cõmunis ꝑ applicationẽ. qꝛ ei' subiectũ est applicabile ad oẽs sciẽtias. Tertio modo dicitur sciẽtia cõmunis ꝑ cõsiderationẽ. eo ꝙ ꝯsiderat ea que in alijs sciẽtijs ꝯsiderantur. ¶ Hac distinctione p̃missa ponũtur quedã dicta. Primũ. Logica ẽ scientia ꝯmunis per applicationẽ. licet nõ ꝑ p̃dicationẽ. Scḋa pars dicti patet. sed prima ꝓbatur. qꝛ subiectũ logice qḋ est argumẽt gism'. vel modus sciẽdi est applicabile ad oẽs sciẽtias. igitur est sciẽtia cõmunis ꝑ applicationẽ. ¶ Scḋm dictũ. Tã ip̃a logica docẽs q̃ʒ vtens potest dici cõmunis ꝑ ꝯsiderationẽ. qꝛ quelibet illaꝝ ꝯsiderat de oĩbus circa que ꝯtingit alias sciẽtias laborare. Vnde vt vult aristotiles quarto methaphisice logica circa cõmunia laborat, Verũ tamẽ est ꝙ logica docẽs nõ ꝑ se ꝯsiderat entia realia. nec tanq̃ sua p̃maria obiecta. nec tanq̃ꝫ ꝑ se inferiora vel partes sui p̃mi obiecti. sed ꝯsiderat minus p̃ncipalit̃ ꝛ secũdario. vt scilicet sunt fundamẽta secũdarũ intentionũ. que de ip̃is denominatiue p̃dicantur. Sed de vnitate logice ꝛ eius distinctiõe ab alijs sciẽtijs dicetur in tercio dubio secũdi articuli. Et hec de p̃mo articulo.

Quãtũ ad secũdũ articulũ Dubitatur p̃mo. Vtrũ logica sit modus sciendi. Ad qḋ dubium respõdetur per tres distinctiones ꝛ tria dicta. ¶ Prima distinctio est hec. Modus sciẽdi est duplex scilicet obiectiuus ꝛ directiuus. Modus sciendi obiectiu' est q̃ natus est obiectiue terminare actũ intellectus. Sed mod' sciẽdi directiuus est habitus sciẽtificus natus dirigere intellectũ circa modũ sciendi obiectiuũ. Verbigratia. Argumẽtatio sub ei' ratiõe formali ꝯsiderata est modus sciendi obiectiuus. sed habitus vł ꝯceptus de tali obiecto est modus sciendi directiuus. ¶ Scḋa distinctio. Modus sciẽdi obiectiu' potest dupplicit̃ ꝯsiderari, Vno modo i particulari ꝛ in executiõe siue instrumẽtaliter. ꝛ sic argumẽtatio. diffinitio ꝛ diuisio in particulari dicũtur modi sciẽdi, Alio mõ vniuersalit̃ ꝛ i aptitudie. ꝛ sic sunt tm̃ tres modi sciẽdi scilicet. argumẽtatio. diffinitio. ꝛ diuisio. Qḋ patet qꝛ cuilibet ignoto debet correspõdere ꝓprius modus notificãdi illud. sed ignotũ est tm̃ triplex. ergo modus sciẽdi est tm̃ triplex, Minor patet. qꝛ vel ignotũ est cõplexũ ꝛ sic sibi correspõdet modus sciẽdi q̃ est argumentatio siue discursus. Vel tale ignotũ est incõplexũ. Et illud iterũ est duplex. qꝛ vel ip̃m est ignotũ quãtũ ad suã q̇ditatẽ essentialẽ. ꝛ sic ei correspõdet modus sciẽdi qui est diffinitio. Vel tale incõplexũ est ignotũ quãtũ ad sui ꝯfusionẽ vel potestatẽ. ꝛ sic sibi correspõdet modus sciẽdi q̃ est diuisio. ¶ Tercia distinctio, Duplex est modus sciendi directiuus. Quidã em̃ est directiu' circa modum sciẽdi obiectiuũ in vniuersali. Alius est modus sciendi directiuus circa modũ sciẽdi obiectiuũ in particulari. ¶ Primũ dictuꝫ. Logica docẽs nõ est modus sciendi obiectiuus. patet. qꝛ modus sciendi obiectiuus est ip̃m obiectũ de quo est scientia in ip̃a logica. ergo logica docẽs nõ est modus sciendi. ꝛ hoc saltẽ formaliter ꝛ in recto. licet bene sit mod' sciendi causalit̃ ꝛ in obliquo ad istũ sensum ꝙ ip̃a est de modo sciẽdi obiectiuo. ¶ Scḋm dictũ. Logica docẽs est mod' sciẽdi directiu' p̃mo modo dictus. patet. qꝛ logica docẽs est quedã noticia. siue q̇dã habitus directiuus nostri intellectus circa modũ sciendi obiectiuũ. de quo est p̃ncipalit̃ logica. ¶ Terciũ dictũ. Logica vtens est modus sciendi directiuus secũdo modo dictus. ꝛ illa nõ est scientia. sed est dũtaxat modus sciendi. De quo loquit̃ aristoteles scḋo methaphisice cũ dicit. Absurdũ est querere simul scientiã ꝛ modũ sciendi. ¶ Ex q̇bus inferunt̃ duo corrolaria. Primũ

est. Logica docēs ⁊ logica vtens sunt habitus realr̄ distincti. q̄a vnus est scietific⁹. alt⁹ nō. ¶ Scḋm corrolariū. Logica docēs ⁊ logica vtēs possūt separatim existere. Patet a simili. q̄a musica vtens ⁊ musica docēs possūt separatim existere. Nā multi sunt habētes habitū musice docētis. tamē nō habent musicam vtentem.

Dubitat̄ scḋo vtrū logica sit acq̄sita p̄ logicā. Et videt̄ q̄ sic. q̄a oīs sciētia acq̄rit̄ p̄ logicā. ergo etiā logica acq̄ritur p̄ logicā. ¶ In oppositū arguit̄. Quia si sic ante oēm logicā esset logica. qḋ falsum est. Pro huius dubij solutōe supponit̄ q̄ ex quo homo est rationalis ⁊ intellectualis. ideo naturalr̄ est app̄hensiu⁹ simplicium. et illoꝝ cōpositiu⁹ ⁊ diuisiuus. ⁊ cōponēdo ⁊ diuidēdo discurrit de vno ad aliud. q̄ d̄ discursus est argumentatio. ⁊ ista argumētatio inest nobis a natura. sed impfecte. q̄a p̄ficit̄ p̄ exercitiū ⁊ artē. ¶ Unde logica potest dupliciter haberi. scilicet visualiter ⁊ artificialr̄. Sylogisans em̄ ⁊ nesciens se sylogisare habet logicā visualē. sed nō artificialē. q̄a nescit se sylogisare nec habere logicā. Et sic dicit̄ p̄mo rethorice aristotelis. q̄ oēs ydeote sylogisant vsq̄ ad aliq̄d ⁊ argumentant̄. Sed vtens sylogismo ⁊ sciens se sylogisare habet logicā artificialē. q̄a ille p̄fecte nouit ex q̄bus ⁊ qualib⁹ est sylogisandū. ⁊ ex q̄bus p̄missis sequit̄ ꝯclusio vel nō. ⁊ sic nulla sciētia potest artificialiter haberi sine logica. q̄a quicūq̄ habet argumētationē artificialiter scit se habere demōstrationē ad illā. Et q̄a null⁹ potest scire habere se demōstrationē sine logica. eo q̄ sine logica nō potest sciri an argumentū sit demōstratiuū vel sophisticū. ⁊ an ꝯclusio sequatur vel nō. ideo nulla scientia artificialr̄ habet̄ absq̄ logica.

Hijs suppositis ponuntur aliqua dicta. ¶ Primum est. nō est necesse omnem scientiā acq̄ri p̄ logicā docentem siue artificialē. q̄a saltē ip̄a p̄ scip̄am nō acq̄ritur. vt p̄bat ratio ante oppositū istius dubij. q̄a tūc ante oēm logicā esset logica. Sed sufficit q̄ oīs sciētia acq̄ratur vel p̄ logicā artificialē vel visualē vel naturalē. ¶ Secūdū dictū. Logica naturalis p̄cessit logicā artificialem seu artificialr̄ traditam. Patet nā p̄ logicam naturalem formamus quandā demonstrationem naturalem. impfecte tamē cognitā. ex qua frequenter iterata generatur in nobis habitus impfectus. p̄ quē formamus demonstrationes artificiales. ex q̄bus generatur in nobis logica docens de argumentatione

in cōmuni. ⁊ simul acquirimus noticiā p̄fectā de illa particulari demonstratione sciendo passiones argumentationis. ⁊ demonstrando de ipsa prius impfecte cognita. Nec est incōueniens idem scḋꝫ diuersa de nouo esse scitū ⁊ prius fuisse cognitū. vt videbitur in libro posterioꝝ. ¶ Terciū dictū ad p̄mā noticiā Logice artificialis necessario p̄requirebatur logica naturalis aut visualis. Patet q̄a omis scientia vel noticia acquiritur p̄ logicā. Sed noticia ista nō poterat acq̄ri p̄ logicam artificialē. ergo a sufficienti deuisione oportet q̄ acquirebatur p̄ logicā naturalem vel visualem ¶ Quartū dictū. Tam logica naturalis q̄ artificialis potest esse p̄ncipiū logice visualis siue vtentis. Prima pars patet q̄a aliq̄s p̄ logicam naturalem potest formare sylogismū frequenter. ex qua formatione sepe iterata acquirit logicā visualem. Secūda pars dicti patet de se.

Ex quo patet q̄ studētes i quacūq̄ sciētia vel arte si nō habent logicā nullā. p̄p̄rie habet sciētiā. sed solū habet quēdā habitū oppinatū. siue quādam credulitatem de conclusionibus demonstratis. Ideoq̄ logica est summe necessaria ⁊ maxime appetenda. q̄a sine ea nulla potest acq̄ri sciētia. ⁊ p̄ cōsequens homo sine ea nō potest cōsequi felicitatem naturalem cuius perfectissimus actus est scire ⁊ contemplari scḋm aristotilem p̄imo ethycorum.

Dubitat̄ tercio vtrū logica sit scientia vna. De quo dubio sunt diuerse oppiniones. Prima est nominalium. que dicit q̄ logica totalis nec intrinsice nec extrinsice est vnus habitus numero. sed solum est vnus vnitate annalogie vel aggregationis pro quanto ipsa est quoddam aggregatum ex multis partialibus habitib⁹ plurium conclusionum demonstratarum habentium attributionem ⁊ ordinem ad aliquod vnum genus scibile. de subiectis illarum conclusionum predicabile. sicut plures homines dicuntur vnus exercitus propter ordinem ⁊ attributionem ad vnum principem. Unde dicit ista opinio q̄ sicut fatuum est querere quis sit princeps huius mundi. sic fatuum est querere vnum habitum communem omnibus in logica traditis.

Habitus sm noiales e vnꝰ ab vnitate actus &c.

Questiões veteris ac noue logice

¶ Et ꝓ ampliori declaratiõe istius oppinionis ponũť quedã dicta ipo
rũ. Primũ est ꝙ actus ⁊ habitus vniformiť se habẽt pcnes vnitatẽ ⁊ di
uersitatẽ. sic ꝙ habitus est vnus ab vnitate actus. ⁊ nõ ab vnitate forma
li obiecti. Patet. qa habitꝰ nõ respicit obiectũ nec in ratione cause nec in
ratione obiecti nisi mediãte actu. sic ꝙ nõ inclinat ad obiectũ. nisi qa icli
nat ad actũ. nec causať ab obiecto nisi mediante actu. ergo vnitas vel di
uersitas habitus magis attendiť ex vnitate vel diuersitate actus ꝗꝫ obie
cti. ¶ Scd̃m dictũ. Habitus acqsitus ex actibus circa ꝑncipiũ tm̃ est aliꝰ
ab habitu ꝯclusionis. qa est causa eius. que siue sit causa ꝑ se. siue causa si
ne qua nõ semꝑ distinguiť a suo effectu. ¶ Terciũ dictũ ipoꝝ ꝙ ꝑncipioꝝ
⁊ ꝯclusionis potest esse vnus habitus scilicet sapiẽtia. que equalenť est in
tellectus ⁊ scientia. licet nõ formaliter. Patet. qa vnitas habitus attendi
tur ex vnitate actus. Sed circa ꝑmissas ⁊ ꝯclusionẽ potest esse vnꝰ actus
igiť ⁊c̃. Sed ꝙ ille habitus sit sapiẽtia patet ꝑ aristotelẽ sexto ethicorum
dicẽtẽ. Oportet igiť sapiẽtẽ nõ solũ ex ꝑncipijs que sunt scire. sed etiã cir
ca ꝑncipia verũ dicere. quare vtiqꝫ erit sapiẽtia intellectus ⁊ sciẽtia scilicet
equiualẽter aut eminẽter ⁊ nõ formaliter. ¶ Quartũ dictũ. Tot sunt habi
tus sciẽtifici in logica totali quot sunt ꝯclusiões demõstrate in ea differẽ
tes in subiecto vel ꝑdicato aut in vtroqꝫ. Patet qa circa quãlibet talẽ est
alius ⁊ alius actus intellectus. ergo alius ⁊ alius habitus. Sed quia hec
oppinio est cõtra intẽtionẽ aristotelis in ꝑmo ⁊ secũdo posterioꝝ. Ideo
ꝗꝫ cõtra eã arguiť dupliciť. Primo qa logica in se est magis vna ꝗꝫ ipa
sit vna cũ phisica. Sed logica cũ phisica habet vnitatẽ aggregatiõis. er
go logica in se habet maiorẽ vnitatẽ. Preterea ois sciẽtia est vna cuiꝰ est
aliqđ vnũ genus subiectũ. vt vult aristoteles ꝑmo posterioꝝ. Sed logi
ce est aliqđ vnũ genus subiectũ. vt nũc supponiť ⁊ postea ꝓbabiť. Pri
mũ aũt dictũ istiꝰ oppiniõis ẽ falsum. qđ ꝓbať sic. qa ab illo res nõ capit
vnitatẽ q̃ nõ existẽte res adhuc ẽ vna. ꝫ nõ existẽte actu habitꝰ habet vni
tatẽ ⁊ extrĩsecã ⁊ intrĩsecã. igiť habitꝰ nõ capit vnitatẽ ab actu. ¶ Scd̃m di
ctũ etiã est falsuꝫ. Nã isto ꝯcesso adhuc aliũde distĩguũť habitꝰ ꝑncipioꝝ
⁊ ꝯclusiõis. ¶ Terciũ dictũ directe est ꝯtra aristotelẽ sexto ethicoꝝ distin
guentẽ habitũ ꝑncipioꝝ ab habitu cõclusiõis. igiť ipoꝝ nõ est idẽ habi
tus ¶ Quartũ võ dictũ eoꝝ in aliquo sensu est verũ vt postea videbitur
¶ Alia est oppinio ꝙ logica totalis in vno intellectu est vnus habitus
numero. ita ꝙ ꝑ ꝑmã demõstrationẽ acqriť tota essentia scientie logice. ⁊
ꝑ demõstratiões sequẽtes ipsa scd̃m gradus ꝑfectionis intendiť ⁊ remit

cũ resolutõe textꝰ ad itẽtionẽ scoti

titur. queadmodũ em̃ ꝑ ꝑmũ actũ calefactionis acquiritur tota realitas
vel essentia caloris. in gradu tamẽ imperfecto. nec ꝑ actus sequẽtes acqri
tur noua realitas caliditatis. sed solũ ꝑficitur caliditas prius tota essen
tialiter acqsita. qͣuis in gradu imꝑfecto. Ita similiť si qs ꝑ vnicã demon
strationẽ acqrat noticiã vnius ꝯclusionis logice. ꝑ illã demõstrationem
in eo generatur tota realitas ⁊ essentia logice. scd̃m tamẽ esse imꝑfectum
Et si ꝑ aliã demõstrationẽ acqrit sibi noticiã alterius ꝯclusiõis logice. nõ
acqrit aliquã realitatẽ nouã logice. sed solũ in eo ꝑficitur logica ꝑ ꝑmam
demõstrationẽ prius acqsitam. ¶ Sed qa hec oppinio nõ videtur vera.
ideo ꝯtra eã ꝑmo arguitur sic. Accipiatur habitus vnius ꝯclusiõis demõ
strate in libro ꝑdicamẽtoꝝ q̃ sit a. ⁊ habitus vnius ꝯclusiõis demõstrate
in libro periarmenias q̃ vocetur b. Tũc arguitur sic. Cum habitu a stat
ignorantia praue dispositiõis siue habitus erroneus circa b. ergo habi
tus a ⁊ b nõ sunt eiusdẽ speciei nec vnus habitus numero. Preterea cuꝫ
aliquãdo acqritur habitus vnius ꝯclusionis logice. deꝑditur habitus
circa aliã cõclusionẽ. ⁊ cũ intenditur vnus remittitur alius. ergo nõ sunt
eiusdẽ speciei. nec vnꝰ habitus numero. Cõsequẽtia tenet. qa idem habi
tus numero nõ potest simul corrũpi ⁊ generari. intẽdi ⁊ remitti. Nec va
let euasio dicẽdo ꝙ in tali habitu sunt plures respectus scd̃m quoꝝ alteꝝ
potest intendi. ⁊ scd̃m aliũ remitti. qa vt ipi ꝯcedũt respectus nõ intendi
tur aut remittitur nisi ratiõe absoluti fundantis ipm̃. Patet. si sic sequere
tur ꝙ habẽs habitũ de vna ꝯclusiõe logice. haberet habitum de qualibet
ꝯclusione ꝑtinente ad logicã. Cõsequẽs est falsum. Cõsequẽtia patet. qa
in his que sunt eadẽ numero. vno habito aliud habetur. ⁊ vno remoto
aliud remouetur. ¶ Tertia est oppinio doctoris subtilis. Pro cuius de
claratiõe ponũtur quedam distinctiões. ex qbus eliciuntur aliqua dicta.
¶ Prima distinctio. Sciẽtia potest dici vna tripliciť. Vno modo scd̃m
numerũ. sicut noticia vnius ꝯclusionis demõstrate. ¶ Scd̃o modo dici
tur scientia vna scd̃m speciẽ ab vnitate obiecti ad qđ plura attribuuntur
que habent vnã rationẽ formalẽ ꝯsiderãdi. ¶ Tercio modo dicitur scien
tia vna scd̃m genus. qa est de aliquo cõmuni obiecto abstracto a multis
obiectis specie differentibus. ¶ Secũda distinctio ꝙ per logicam possu
mus tria intelligere. Primo vnum commune ad omes habitus ꝯclusiõ
nũ in ipa logica demõstrataꝝ. ¶ Scd̃o vnũ habitũ singularẽ vnꝰ ꝯclusi
onis in logica demõstrate. ¶ Tercio vnũ aggregatũ ex oibus habitibus
¶ Tercia distinctio. Logicã esse vnã potest dupliciť intelligi. Vno mõ

opinio Scoti

Scia dr vna tri pliciter

Logica ee vna dupl intelligit

formalit̃ ⁊ intrinsice. Alio modo obiectiue ⁊ extrinsice. ¶ Quarta distinctio. Logica accipit̃ trib⁹ modis. Vno modo ꝓ habitu ꝓprio formalit̃ ⁊ primo inclinãte ad ꝯsiderationē alicuius ꝯclusiõis a qua causatur. Secũdo modo accipitur logica ꝓ habitu virtualit̃ inclinãte ad ꝯsiderãduꝫ plura ꝯplexa. nõ tamē p̄mo ⁊ imediate. sed mediãte noticia q̃ditatiua primi subiecti. ad qḋ oĩa ꝯsiderata in tali sciẽtia habēt attributionē. ⁊ in cui⁹ noticia ꝯtinẽtur virtualit̃ oẽs veritates ꝑ se de illo subiecto. ¶ Tercio accipitur logica ꝓ noticia inclinãte potẽtialit̃ ad ꝯsiderãdum plura ꝯplexa quoꝝ noticia nec formalit̃ nec virtualit̃. sed solũ potentialiter includitur ĩ noticia q̃ditatiua p̄mi subiecti ad qḋ illa ad quoꝝ ꝯsiderationē talis habitus potẽtialit̃ inclinatur habent attributionē. ¶ Exemplũ. noticia p̄mi subiecti inclinat potentialiter ad cognoscẽdũ ꝓprias passiões de inferioribus ꝯtentis sub ip̄o. que quedã ꝓprietates inferioꝝ nõ solũ habent cognosci ꝑ rationes illius ꝯmunis tanq̃ꝫ ꝑ causam totalē. sed ꝑ rationes ꝓprias illoꝝ inferioꝝ. ¶ Ex illis distinctiõibus eliciũtur quedã dicta. Primũ Cuiuslibet habitus sciẽtifici vnitas formalis ⁊ intrinseca summitur a ꝓprio gradu vltime ꝑfectiõis essentialis illi⁹ habit⁹ a quo etiã capit entitatem ꝓpriã ⁊ vltimã. vnde ab eodē formaliter ⁊ intrisice habet res q̄ sit ens ⁊ vnũ ens. ¶ Scdm dictũ. Si accipiatur logica ꝓ habitu ꝓprio ⁊ formaliter inclinatiuo ad ꝯsiderationē illi⁹ ꝯclusiõis a qua causatur ip̄a non est nisi vna scdm aggregationē. eo q̄ tot sunt habitus logice quot sunt ꝯclusiones scibiles in logica. Et sic ꝓcederet̃ p̄ma oppinio. ¶ Terciũ dictũ si accipiat̃ logica scdo modo vt dictũ est in quarta distinctiõe ip̄a est vna scdm speciē vel genus ꝓpinquũ patet eius obiectũ cui⁹ est. est aliqḋ vnum hoc modo quo q̃ditatiue cognito cognoscũt̃ p̄ncipia ⁊ ꝯclusiones nate haberi de tali subiecto saltē virtualit̃. ⁊ vlteri⁹ cognoscunt̃ alia. siue sint inferiora ꝯtenta sub ip̄o. siue alia attributa ad ip̄m tanq̃ ad p̄mũ. ergo habitus q̇ sic inclinat formalit̃ ad speculãdũ tale subiectũ scdm rationē quiditatiuã ⁊ inclinat v̄tualit̃ ad alia dicit̃ esse vnus tali vnitate. ¶ Quartũ dictũ. si accipiat̃ logica tercio mõ distinctiõis p̄dicte ip̄a est vna scdm gen⁹ remotũ. patet de se. ¶ Quintũ dictũ. si accipiat̃ logica ꝓ quodam ꝯmuni ad oẽs habitus ꝯclusionũ in logica. ip̄a est vna scdm gen⁹ p̄dicabile. patet. q̇a p̄dicat̃ de oĩbus habitib⁹ logice. ⁊ illo modo nõ est vna numero. nec vna specie. ¶ Sextũ dictũ q̄ quocũq̃ꝫ accipiatur logica totalis ip̄a est vna vnitate extrinseca ⁊ vnitate obiecti p̄mi. eo q̄ habet vnũ genus scibile. ⁊ ad qḋ oĩa ꝯsiderata in logica habēt ordinē ⁊ attributionem.

Quantũ ad terciũ articulũ sit hec

ꝯclusio respõsalis ad quesitũ. Logica est sciẽtia rationalis vna ab alijs distincta. Prima pars hui⁹ ꝯclusiõis patet. q̇a logica est habit⁹ ꝯclusionis ꝑ demõstrationē acquisitus. ¶ Scda ꝓbat̃. q̇a est de obiecto qḋ est ens rationis. Est etiã directiua actuũ rationis. igit̃ est rationalis. ¶ Tercia pars patet. q̇a est de obiecto vno ꝯtinẽte v̄tualiter oẽs veritates tã mediatas q̃ꝫ immediatas logice. igit̃. ¶ Quarta pars ꝓbat̃. q̇a sciẽtie distinguũtur queadmodũ ⁊ res de q̇bus sunt. scdm aristotelē tercio de aĩa. Sed logica est de aliquo subiecto speciali distincto ꝯtra subiecta aliaꝝ sciẽtiarũ. igit̃ ip̄a est sciẽtia specialis ab alijs distincta.

Ad p̄mũ dicit̃ cõcedendo maiorē

q̄ oĩs sciẽtia ꝑ demõstrationē acq̇ratur vel naturalē. vel vsualē. vel artificialē. Sed tũc negatur minor. q̇a licet logica artificialis nõ sit acq̇sita ꝑ logicã artificialē. siue ꝑ demõstrationē artificialē. ip̄a tamē acq̇sita est ꝑ logicã naturalē. que non est scientia cum non sit habitus.

Ad scdam: distinguẽdo minorē

eo q̄ logicã esse modũ sciẽdi potest dupplicit̃ intelligi. Vno mõ formaliter. ⁊ sic minor est falsa. Alio mõ obiectiue ⁊ causaliter. ⁊ sic est vera. Vnde ꝓprie logica nõ est modus. sed est de modo sciendi.

Ad terciã dicit̃ q̄ logica quiditatiue

est sciẽtia realis vel ens reale. sed denomĩatiue ⁊ extrinsice est sciẽtia rationalis. quia est de obiecto quod est ens rationis.

Ad quartã dicit̃ sicut dictũ est ĩ vl

timo dubio quõ logica est vna. Dictum est em̃ q̄ ip̄a nõ est vna vnitate numerali. nec etiã specĩuoca. tamē ip̄a est vna vnitate generifica. ⁊ hoc generis scibilis. cuius p̄ncipia ⁊ ꝯclusiões ip̄a ꝯsiderat.

Ad q̄ntã dicit̃ q̄ licet logica sit sciē

tia cõis. nõ q̇dē cõitate p̄dicatiõis. ꝫ cõitate vsus ⁊ applicatiõis sui subiecti. q̇a vsus argumẽtatiõis est cõis oĩb⁹ sciẽtijs. tñ de ip̄a argumẽtatõe vel de sylogismo p̄t esse scĩa specialis. vt patet ꝑ silẽ de malleo qḋ dat albertus magn⁹. Malle⁹ em̃ q̇ ē qḋdã ens speciale artificiale. ei⁹ tñ vsus ē cõis oĩb⁹ his q̃ ĩ arte fabrili fabricãt̃. Ita etiã argumentatio est in se qḋdã ens speciale. ei⁹ tñ vsus p̄t esse cõis oĩb⁹ sciẽtijs. Et tantũ de questione.

Querit̃ scd̃o vtruz

logica sit scientia practica vel speculatiua Et arguitur q̄ sit practica.

Primo sic. Oĩs illa sciẽtia est practica que nõ solũ est cognitiua sui obiecti. sed etiam ꝑductiua. sed logica est huiusmodi. igit̃ est sciẽtia practica. Maior ꝓbat̃ ꝑ philosophũ sexto methaphisice. q̄ ponit differentiã inter scientiã practicã ⁊ speculatiuã penes hoc q̄ speculatiua ꝯsiderat suũ obiectũ. practica aũt facit ipm̃. Minor ꝓbat̃. q̄a subiectũ logice ⁊ sylogismus. q̄ mediãte habitu logice ꝓducitur. nã logica docet ex q̄bus ⁊ qualibus ꝯponẽdus est sylogismus.

Scd̃o sic. Oĩs habitus directiuꝰ praxis vel habẽs praxim pro obiecto est practicus. sed logica est huiusmodi. igit̃. Maior patet. q̄a ꝓpter hoc dicit̃ sciẽtia habitus vel practicꝰ. q̄a est directiuus praxis. Sed minor ꝓbat̃. q̄a logica est directiua actuũ rationis q̄ sunt praxes. Probat̃. q̄a praxis in greco dicit̃ idẽ q̄d operatio in latino. tamẽ q̄a scd̃m eustraciũ praxis est operatio hoĩs scd̃m electionem. actus aũt ratiõis sunt operatiões hoĩs scd̃m electionẽ. igitur.

Tercio sic. Oĩs habitus q̄ diuidit̃ i vtentẽ ⁊ docentẽ est practicus. sed logica est huiusmodi. igit̃. Maior patet q̄a vbicũq̧ reperit̃ vtens ⁊ docẽs in eodẽ genere. ibi docẽs est propt̃ vtens. sed habitus cuius finis est vsus vel opatio est practicus. Q̄d patet ꝑ philosophũ scd̃o methaphisice dicentẽ. Theorice finis est scire. practice vo opus. Minor de se patet.

Quarto sic Oĩs illa sciẽtia est practica ⁊ nõ speculatiua que est de opatiõibꝰ a nobis. sed logica est huiusmodi. igit̃. Minor patet. q̄a ipa est de secũdis intẽtiõibus adiũctis p̄mis scd̃m auicennã. sed huiusmodi intẽtiões fiũt a nobis ꝑ actũ cõparatiuũ intellectus. igitur.

Quinto sic. Oĩs habitus cui cõpetũt isti duo respectus aptitudinales. scilicet respectus prioritatis naturalis ⁊ respectus cõformitatis siue directitatis est practicꝰ. sed logica est huiusmodi. igit̃ est sciẽtia practica. Maior patet. q̄a in hoc ꝯsistit ratio habitus practici. vt dicet̃ postea. Minor ꝓbat̃ p̄mo de p̄oritate naturali. q̄a logica est prior in acq̄sitiõe oĩm scientiaꝝ. vt videt̃ posse haberi ex illa auctoritate. Absurdũ est simul querere sciẽtiã ⁊ modũ sciẽdi. Scd̃o ꝓbatur de ꝯformitate. q̄a oẽs alie sciẽtie vtunt̃ logica ⁊ regulant̃ ꝑ eã. quare ipa erit sciẽtia practica ⁊ nõ speculatiua.

In oppositũ arguit̃. Illa scientia est speculatiua cuius totalis ⁊ vltimus finis est scire. sed logica est huiusmodi. igit̃. Maior patet ꝑ cõmẽtatorẽ tercio de aĩa ponẽtẽ differẽtiã int̃ habitũ speculatiuũ ⁊ practicũ ꝑ hoc q̄ finis speculatiui est scire. practici vo operari. Minor patet. q̄a logica est sciẽtia discernẽdi veruz a falso. Est eñi sciẽtia docẽs diffinire. diuidere ⁊ arguere. ¶ In questiõe erunt tres articuli sicut in alijs. In p̄mo ponet̃ terminoꝝ questiõis declaratio. In secũdo erũt dubia. In tercio ponit̃ ꝯclusio respõsalis ad quesitũ. ⁊ respõdebitur ratiõibus ante oppositũ factis. ¶ Quantũ ad primũ articulũ.

Sciẽdũ est p̄mo q̄ cũ sciẽtia dicat̃ practica ab opatiõe videdũ est a qua opatiõe dicit̃ practica ⁊ a qua non. Pro quo supponit̃ p̄mo q̄ in hoĩe sunt tres potẽtie. Quedã eñi sunt potentie aĩe vegetatiue. que sunt tres. scilicet nutritiua. augmẽtatiua ⁊ generatiua. ⁊ tales sunt mere naturales. Alie sunt potentie aĩe sensitiue vt sunt visus. auditus ⁊ cetera. Et iste quãdoq̧ sunt naturales ⁊ quandoq̧ libere saltem secundario ⁊ ex ꝯsequenti. Alie sunt potentie aĩe intellectiue. vt intellectus ⁊ voluntas. ⁊ iste differunt inter se. q̄a intellectus est potentia naturalis. ⁊ voluntas est potentia libera. ¶ Ex hoc patet q̄ in hoĩe etiaz sunt tres operationes. q̄a ex numero potentiarũ summitur numerꝰ operationum. ¶ Secundo supponit̃ q̄ actus voluntatis est duplex. Quidaz est ab ea elicitus. Alius est ab ea imperatus. Actus elicitus est actus ꝓductus a voluntate ⁊ ab eius obiecto. vt sunt velle. nolle. odire. diligere. Actus imperatus est actus ab alijs potentijs ⁊ ab eoꝝ obiectis voluntate imperante productus. vt sunt cõmedere. bibere. ⁊ iste actus possunt comparare vel ad voluntatem a qua imperant̃. ⁊ sic dicuntur imperati. vel ad potentiam a qua causant̃. ⁊ sic dicunt̃ eliciti. ¶ Ex quo patet p̄mo q̄ idem actus potest dici elicitus ⁊ imperatus. Secũdo etiã patet q̄ alii

quis actus voluntatis elicitus potest dici imperatus. patet q̃a volũtas est domina omniũ suoꝝ actuũ. ⁊ est regina in regno potentiaꝝ aĩe scḋm beatũ augustinũ. ergo potest imperare suis actibus sicut ⁊ actibus potentiaꝝ inferioꝝ. Et sicut dictũ est ꝙ duplex est actus voluntatis. ita forte posset dici ꝙ duplex est act⁹ intellectus. scilicet elicit⁹ ⁊ imperatus. Sed tamẽ nõ ita ꝓprie. Actus elicit⁹ intellectus est actus intelligendi ab obiecto intellecto. ⁊ intellectu ꝓductus. Actus imperatus est omis act⁹ ab alijs potẽtijs scḋm dictamẽ intellectus elicit⁹. ¶Tercio supponitur ꝙ praxis potest accipi quadrupliciter. Uno modo cõmunissime ꝓ operatiõe cuiuslibet potẽtie siue sit cognitiua. siue nõ. siue naturalis siue libera. Et isto modo opatiões potẽtiaꝝ anime vegetatiue sunt praxes. ¶Scḋo modo accipitur cõmunĩt ꝓ opatiõe soli⁹ potẽtie cognitiue aut sequẽtis cognitionẽ. cuiusmodi est operatio potẽtie appetitiue. Et isto modo actus intellectus. ⁊ generalĩt omis actus cuiuscũq; potẽtie cognitiue dicitur praxis. Tercio modo accipitur ꝓprie ꝓ omi opatiõe existẽte in potestate nostra siue sit bona siue mala. ⁊ hoc modo odire deũ. furari ⁊ adulterari sunt praxes. ¶Quarto modo accipitur ꝓprijssime ꝓ sola operatione bona existẽte in potestate nostra cõformi mediate vel immediate dictamini recte rationis. ⁊ isto modo tm̃ operatiões bone voluntatis ⁊ potẽtiaꝝ inferioꝝ dicuntur praxes. Et hoc modo accipit praxim doctor subtilis q̃ inferius diffinietur. His suppositis ponuntur quedã dicta. Primũ sciẽtia non dr̃ practica a praxi sumpta pmis duobus modis. Patet q̃a tunc omis scientia esset practica cũ omis sciẽtia dirigat in aliquã operationẽ. ¶Scḋm dictũ sciẽtia nõ dicitur practica a praxi tercio modo dicta ꝓbatur. q̃a scientia dicitur practica ab operatione elicita conformiter dictamini recto. Nam veritas cõsiderationis practice. id est sciẽtie practice est cõfessio. id est cõformiter se habens appetitui recto vt vult philosophus sexto ethicorum. Sed aliqua est praxis tercio modo dicta que nõ potest elici conformiter dictamini recto. vt patet de odio dei. ¶Terciũ dictũ ꝙ scientia dicitur practica per denominationẽ extrinsecã a praxi quarto modo sumpta. Probatur hoc dictũ a sufficienti diuisione.

Sciẽdũ secũdo ꝙ praxis a doctore subtili sic diffinitur. Est operatio alterius potentie ab intellectu naturaliter posterior intellectione nata conformiter elici ratione recte ad hoc ꝙ sit recta. ¶In qua diffinitiõe innuunt̃ quatuor cõditiões que requirunt̃ ad praxim. Prima est ꝙ talis operatio sit alterius potentie ab intellectu. Probat̃ hec cõditio. q̃a sola illa operatio dicit̃ praxis ad quã se extendẽdo intellectus sit practicus. sed intellectus ad nullam sui operationẽ potest extendi. igit̃ nulla operatio intellectus est praxis. Maior patet ꝑ philosophũ tercio de aia dicentẽ ꝙ intellectus sola extensione fit practic⁹. Minor ꝓbat̃. q̃a extendere est ex se tendere. ¶Sed ɔtra istã ɔditionẽ obijcit̃ tripliciter. Primo sic omnis operatio que est in potestate nostra est praxis. sed aliqua operatio intellectus est huiusmodi. igit̃. ¶Scḋo sic. Dis operatio dirigens aliã operationem mediante actu voluntatis est practica. ⁊ alia est praxis. Sed aliqua operatio intellectus dirigit aliam mediante actu voluntatis. igitur. ¶Tercio sic. Operatio sequens ɔsiliũ ⁊ electionem est praxis. sed aliqua operatio intellectus est huiusmodi. vt patet de studio. potest enĩ quis ɔsiliari an debeat studere vel non. ⁊ eligere media ad studendũ. ¶Ex his infert̃ ab aliquibus ꝙ logica est practica. Patet q̃a est directiua operationũ que sunt in potestate nostra. ⁊ que possunt dirigi mediante actu voluntatis. ⁊ sequi ɔsiliũ ⁊ electionem. ¶Sed istis nõ obstantibus potest responderi ad istas obiectiones simul negãdo maiores. Nam illa nõ sufficiunt ad hoc ꝙ operatio sit praxis. sed cũ hoc requiritur ipam esse alterius potentie ab intellectu. ¶Secunda ɔditio est ꝙ talis operatio sit naturaliter posterior intellectiõe. Probatur dupliciter. Primo sic. Intellect⁹ nõ potest regulare operationẽ naturalĩt priorem intellectione. sed intellectus dicit̃ practicus ab operatione quaꝫ regulat mediante actu vel habitu practico. ergo illa operatio debet esse naturaliter posterior intellectione. ¶Secũdo sic. Actus potentiarũ aĩe vegetatiue nullo modo sunt praxes. q̃a nõ subsunt directioni intellectus. eo ꝙ sunt priores naturaliter operatione intellectiua. ergo requiritur ꝙ operatio que est praxis sit posterior intellectione. ¶Ex istis duabus cõditionibus infertur ꝙ omnis praxis de qua est sermo est actus voluntatis elicitus vel imperatus. Patet. quia nullus alius actus ab actu voluntatis est essentialiter posterior intellectione. quia quicquid ali⁹ detur eiusdem rationis cum eo potest esse prior. vt patet discurrendo per act⁹ omnium potentiarum. ¶Tercia conditio ꝙ illa operatio sit nata conformiter elici rationi recte. Hec conditio probatur auctoritate philosophi sexto ethicorum dicentis ꝙ electio recta necessario requirit rationem rectam. q̃d nõ solũ est verũ de electiõe proprie sumpta. que est respectu medioꝝ ad finẽ. sed de omi volitione Sed sic est ꝙ ois praxis est volitio vel sequẽs volitionẽ. igit̃ ad ad hoc ꝙ praxis sit recta req̃rit̃ ꝙ sit nata ɔformiter elici rationi recte.

¶ Quarta ꝯditio nõ ponit a multis tamen potest sic poni ꝙ praxis est operatio que potest recte ⁊ nõ recte elici. Probat. qa si non posset recte ⁊ nõ recte elici frustra poneret respectu eius sciẽtia practica directiua. quia nõ esset dirigibilis ꝑ eã. Ex quo patet ꝙ operatiões que habẽt cõuolutã maliciã. vt sunt furtũ. adulteriũ ⁊ homicidiũ non possunt esse praxes. qa non possunt recte elici.

Sciendũ tercio ꝙ scdm aliqs praxis que est in factibilibus est primo in actu imperato ꝙ̃ in actu elicito. Ƨ praxis qui est in agibilibus. puta que in actu virtutis moralis pͥmo est in actu elicito. ⁊ ex ꝯsequenti in actu imperato. ¶ Sciendũ tamẽ est scdm scotũ ꝙ actus elicitus est pͥmo praxis. qḋ sic ꝓbat. Illa ꝑatio est pͥmo praxis que sequit immediatius actũ intellectus ꝑ modũ directi ⁊ regulati. sed actus elicitus voluntatis est huiusmodi. Ꝺḋ patet. qa sine eo non potest haberi actus imperatus. ¶ Dicit scḋo ꝙ operatio voluntatis habet rationẽ praxis circũscripto omĩ actu imperato vel operatiõe exteriori Probat dupplicit. Primo quãdocũqȝ aliqḋ est pͥmo tale ꝯiunctũ cũ aliquo posteriori si separet ab illo actu remanet tale. sed actũs elicitus volũtatis est pͥmo praxis. ergo si ꝯiungat ipi actus alterius potentie remoto illo actũ adhuc erit talis. ¶ Scḋo sic. Appetitus intellectiuus habet ratiõnẽ pͥncipij ⁊ motiui sicut ⁊ appetitus sensitiuus scdm philosophum ⁊ cõmẽtatorẽ tercio de aĩa. sed actus appetitus sensitiui ⁊ motio eius a ratione est praxis circũscripto omĩ actu. igit. ¶ Ex his inferunt duo corrolaria. Primũ ꝙ actus impatus a volũtate nõ est pͥmo praxis sed ꝑ accidens. qa nec pͥmo posterior intellectione. nec pͥmo natus cõformiter elici rationi recte. ¶ Scdm corrolariũ ꝙ operatio volũtatis ⁊ operationes potentiaꝝ inferioꝝ dicũt vniuoce praxes. qa ipis ꝯuenit eadẽ ratio praxis Et qa dictũ est qḋ sit praxis. ⁊ que operatio sit pͥmo praxis ideo videdũ quid sit speculatio. Vnde speculatio est operatio intellectus ad nihil aliḋ extra genus ꝯtemplatiõis finaliter ordinata Ex qua diffinitione eliciunt tres ꝯditiones reqsite ad speculationẽ. Prima ꝙ sit operatio intellectus. ⁊ ex hoc sequit ꝙ nulla operatio alterius potẽtie ab intellectu est speculatio. ¶ Scḋa est ꝙ talis operatio nõ sit directiua praxis. Ex quo sequitur ꝙ nullus actus intellectus practicus est speculatio. ¶ Tercia est ꝙ talis speculatio sit gratia sui. ita ꝙ nõ sit ordinata ad aliqḋ aliud quod sit praxis. Ex quo sequitur ꝙ nõ omĩs intellectus. operatio est speculatio. Pa-

tet de operatione practica. licet omĩs sit speculatio vel practica.

Sciẽdũ quarto ꝙ scdm scotũ habitꝰ siue sciẽtia dr practica ab extẽsiõe eiꝰ ad praxim. vt regule ad regulatũ Cõsistit aũt extensio talis in scḋa relatione aptitudinali scilicet prioritatis naturalis ⁊ ꝯformitatis siue directitatis. q qdẽ respectus predicãtur de ipo habitu in secũdo modo dicendi per se sicut ꝓpria passio de subiecto De prioritate patet per scḋam ꝯditionẽ praxis superius positam. Prouenit autẽ ista prioritas ex ordine potentiaꝝ ⁊ obiectoꝝ prout sunt in illis potẽtijs de ꝯformitate. patet ꝑ philosophũ sexto ethicoꝝ ꝙ veritas ꝯsiderationis practice est ꝯfesse se habens appetitui recto. Prouenit autem hec ꝯformitas ex ordine obiectorum prout sunt in potentijs. ¶ Ex quo sequit ꝑ modũ corrolarij ꝙ ad hoc ꝙ aliquis actus vel habitus sit practicus nõ requiritur ꝙ actualiter sit prior praxi. nec ꝙ actualit sibi cõformetur praxis. Probatur. qa si sic sequeretur pͥmo ꝙ habens artẽ domificandi ⁊ carens manibus nõ haberet habitũ practicũ. ¶ Scḋo sequeretur ꝙ aliquis habitus successiue posset esse practicus ⁊ speculatiuus. ¶ Tercio sequeretur ꝙ nullus habitus esset necessario practicꝰ. ista sunt incõuenientia. igitur. ¶ Ad habitũ autẽ vel actũ practicũ requirũtur quatuor. Primo obiectũ operabile sicut ligna ⁊ lapides ad faciendũ domũ ⁊ illud vocatur obiectum absolute. Secundo requiritur operatio fienda circa tale obiectum. quia solũ primũ obiectũ non faceret actum vel habitum practicum. ymmo si aliquis ꝯsideraret illud obiectum ⁊ operatio esset impossibilis nullo modo illa noticia esset practica. ¶ Tercio requiritur ꝙ illa operatio possit fieri ab habente habitũ. qa licet esset factibilis in se. sicut motus celi est factibilis. tamẽ si nõ esset in potestate habentis habitũ nõ diceretur practica. ¶ Ex quo patet ꝙ scientia de motu celi in intellectu hoĩs aut de creatione aĩe rationalis nõ est practica. Patet. qa nec motus celi. nec creatio anime rationalis est in potestate nostra. Patet etiã ꝙ licet ratio habitus practice formaliter ⁊ intrinsice sit in duppli ci respectu aptitudinali ad praxim. tamẽ extrinsice ⁊ denominatiue requirit vnũ respectũ ad subiectũ a quo praxis est elicienda. ¶ Quarto requiritur ꝙ illa operatio sit precognita. quia agens a ꝓposito per se primo intendit finem. ita ꝙ finis prius est in esse cognito ꝙ̃ producatur in esse reali. ⁊ illa operatio vocatur finis sub ratione obiecti. ¶ Sed diceres quot modis aliqḋ denominatur practicũ a praxi. Respõdetur ꝙ aliqḋ dicitur

practicū a praxi duobus modis. Uno modo scdm denomīationē intrinsecā. ⁊ sic subiectū praxis dicit̄ practicū. Alio modo scdm denomīationē extrinsecā. Et hoc quadruplicit̄. scdm ꝙ quatuor sunt de quibus praxis ꝑdicat̄ denomīatiue extrinsice. scilicet intellectus practicus. habitus practicus. actus practicus. ⁊ obiectū. Intellectus aūt dicit̄ practicus q̄ intelligit actu vel habitu practico. Actus aūt intelligēdi dicit̄ practicus q̄ habet ꝓ obiecto praxim quā dirigit. Habit⁹ vo dicit̄ practic⁹ q̄ inclinat ad actū intelligēdi practicū. vel q̄ habet ꝓ obiecto praxim cuius ipē est silitudo vel forma exemplaris. Habitus eñ practicus nō solū respicit praxim tanꝗ finem. sed tanꝗ obiectū. Ideo male assignāt aliq̄ obiectū operabile. vel illud circa qd ꝯtingit nos opari practice esse obiectū habit⁹ practici. Nihil eñ est circa qd nō ꝯtingit nos operari practice. Unde habitus practicus nō est similitudo obiecti operabilis. sed est silitudo ⁊ exēplar ipius praxis circa obiectū operabile. vt ars domificatiua nō habet pro obiecto domū. sed domificationē cui⁹ ipa est exemplar. sed obiectū dicit̄ practicū circa qd ꝯtingit nos practice operari.

¶ Quantū ad secūdum articulum.

Jiteest liber purphirij. i quo principalit̄ determinat de qnqȝ vniuersalibꝰ q̄ ꝯmunit̄ sic intitulatur. Incipiūt ysagoge purphirij in cathegorias aristotelis. In quo titulo dicitur primo ysagoge. qō est dictio greca composita ex duabus dictionibus grecis. videlicet ab ysos qō est intro. ⁊ gogos ductio. inde ysagoge. id est introductiones. ⁊ per hoc tangitur causa formalis siue modus procedendi huius libri. Dicitur scdo purphirij. p qō

unde dicitur Ysagoge.

tangit causa efficiẽs huiꝰ libri. Et etiã ponit ad differẽtiã dyonisij ariopagite. Dicit tercio. in cathegorias aristotelis. qđ debet exponi. id est in ꝑdicamẽto aristotelis. ꝑ qđ tangit causa finalis extrinseca. ¶ Diuidit autem iste liber ꝑma sui diuisiõe in ꝓhemiũ ⁊ tractatũ. Prohemiũ diuiditur in tres partes. In ꝑma ostẽdit huiꝰ sciẽtie vtilitatẽ. In scđa ponit modum ꝓcedẽdi. ⁊ quasdã questiões difficiles a ꝯsideratiõe huiꝰ libri abijcit. In tercia ostẽdit quos philosophos est imitaturꝰ in traditiõe huiꝰ scientie. In ꝑma ergo parte ponit vnã ypoteticã causalẽ. in cuiꝰ antecedẽte ponũtur cause sue intẽtiõis. que sunt vtilitates huius libri. Et in ꝯsequẽte ponitur intẽtio sua alloquẽdo grisaroriũ discipulũ suũ. ad quẽ hoc opus direxit dicẽs. O grisarori cũ sit necessariũ. id est ꝑutile. nosse. id est nouisse qđ sit genus. qđ differẽtia. qđ species. qđ ꝓpriũ ⁊ qđ accidẽs. Ad eã doctrinã ꝑdicamẽtoꝝ q̃ est apud aristotelẽ. id est ad acq̃rẽdũ sciẽtiã ꝑdicamẽtorũ ab aristotele traditã Et etiã ad diffinitionũ assignationẽ. id est ad ꝯponẽdũ diffinitiões. ⁊ etiã sit vtile omino. id est vniuersalit. Ad cognoscẽdũ ea que in diuisiõe. id est ad diuisionẽ vel demõstrationẽ. id est ad demõstrationẽ sunt vtilia. Ideo ego purphiriꝰ faciẽs tibi traditionẽ ꝯpẽdiosaꝫ. id est librũ breuẽ ⁊ vtilẽ de speculatione. id est ꝯsideratione. istaꝝ rerũ. id est istoꝝ q̃nq̃ vniuersaliũ que dicta sunt. tentabo aggredi breuiter ea que dicta sunt ab antiq̃s velut modo introductiõis. id est modo puerili ⁊ introductorio. abstinẽdo ab altioribus. id est difficilioribꝰ questionibus. ⁊ cõiectando mediocrit. ⁊ nõ ita subtiliter quãtũ decet questiones simpliciores. id est faciliores. ¶ In secũda parte mouet tres questiões. a q̃bus recusat se velle determinare dicens. Ego purphirius recusabo. id est refutabo. mox. id est statim dicere in ista traditione cõpẽdiosa de generibus ⁊ speciebus illud. id est hanc ꝑmã questionẽ siue pro vtrũ. Vtrũ ip̃a genera ⁊ species ⁊ alia supple subsistant. id est habeant esse reale extra intellectum siue pro vel vtrũ sint posita in intelligibilibus solis nudis ⁊ puris. hoc est vtrũ habeant solũ esse in intellectu. Et recusabo dicere hanc terciã questionẽ, posito q̃ subsistãt. id est vtrũ sint sepata a sensibilibꝰ. id est singularibus sicut dicebat plato, vel vtruꝫ sint posita in ip̃is sensibilibus. id est singularibus. sicut dicit aristoteles. Et preter hoc recusabo dicere cõsistẽtiã circa ea. hoc est difficultates vel rationes ad vtrãq̃ partem incidẽtes circa istas questiones vel circa ip̃a vniuersalia. Et ratio huius est. q̃a huiusmodi negociũ. videlicet terminatio harũ questionũ est altissimũ id est difficillimũ ⁊ egens maioris inquisitionis q̃ꝫ sit inquisitio que erit in nostra traditione. ¶ In tercia parte ostendit quos antiquoꝝ philosophoꝝ

sit imitaturꝰ ĩ hac traditiõe opinionẽ dicẽs. Ego purphiriꝰ tentabo mõstrare tibi grisarorio nunc illud. scilicet noticiam de his generibus ⁊ speciebus. ac de ꝓpositis. scilicet differentia. ꝓprio ⁊ antecedente ꝓbabiliter sicut antiqui tractauerũt. ⁊ maxime peripatetici. quoꝝ aristoteles fuit ꝑnceps. Et dicit hoc ad differentiam stoicorum. quoꝝ plato fuit princeps. Et epicuroꝝ. quoꝝ epicurus. Vnde vniuersitas atheniensis diuisa ẽ tribus sectis philosophoꝝ. videlicet secta epicuroꝝ. quoruꝫ nomen dicit ab epy quod est supra. ⁊ cutis. quia supra cutem. id est superficialiter philosophabant. ⁊ isti secte correspondet secta nominaliũ in vniuersitate parisiensi. ¶ Secũda fuit secta stoicorum a stoya porta atheniensi. iuxta quaꝫ studebant. ⁊ isti correspondet secta thomistaꝝ. ¶ Tercia fuit secta peripateticorum. cui correspondet secta scotisantiũ.

Circa hunc textũ querit ꝑmo vtrũ intẽtio vniuersalis a qua denomi

natur quelibet quiditas limitata vniuersalis sit scientie huius libri subiectum adequatum.

Et arguitur ꝑmo q̃ nõ. q̃a cuiuslibet

scientie subiectum debet habere aliquas passiones sꝫ intentio vniuersalis nullas habet passiones. igitur. Maior est philosophi primo posteriorum. Minor probatur sic. quia si haberet aliquas passiones vel ille essent singulares vel vniuersales. Non singulares. quia tunc non essent illi intentioni cõuertibiles. Nec vniuersales. quia vel essent genera vel species. vel differentie. vel accidentia. vel ꝓpria. Non quatuor prima vt notũ est. Nec q̃ntũ quia si essent ꝓpria tunc cũ ꝓpriũ sit species vniuersalis. vt post ea dicetur aliquid contentum sub specie esset propria passio generis quod est impossibile.

Scđo arguit Si intẽtio vniuersa

lis sit huius scientie subiectũ. vel hoc est inquantũ intentio vel inquantũ denominatiua predicatie. Non primũ. quia vt sic est consideratiõis methaphisice. Nam methaphisicus considerat quodlibet inquantum est ens. sed intentio inquantũ intẽtio est ens. ergo ꝯsiderat intẽtionẽ vt intẽtio est. Nec scđm tũ q̃a ꝯsideraret ꝭm rationẽ respectiuã qđ est ꝯtra vnaꝫ ꝯditionẽ subiecti supra positã. tũ q̃a vt sic habet rationẽ entis ꝑ accidẽs

Tercio arguit᷑. Nihil qđ dicit᷑ tam de ente q̃ȝ de nõ ente potest esse alicuius scientie subiectũ. sed intentio vniuersalis est huiusmodi. igitur. Minor probatur. q̃a intentio vniuersalis dicit᷑ de chimera ꝛ talibus alijs figmentis. Qđ patet. q̃a iste termin⁹ chymera est terminus cõmunis vniuocus. ergo sibi correspõdet q̃ditas cõmunis vniuoca. ꝛ per consequens est vere vniuersale.

Quarto arguit᷑. In isto libro demonstrant᷑ alique passiones de indiuiduo. sed indiuiduũ nõ est vniuersale. ergo vniuersale nõ est subiectũ adequatũ huius scientie.

In oppositũ arguit᷑ q̈ illud est subiectũ sciẽtie de cuius partibus subiectiuis determinat᷑ ꝑ̃ncipalit᷑ in sciẽtia. sed in hac sciẽtia determinat᷑ ꝑ̃ncipalit᷑ de partibus subiectiuis intentionis vniuersalis. que fundat᷑ in q̃ditate limitata. igit᷑ intentio vniuersalis est subiectũ eius. ¶ Pro solutione huius questionis ꝛ quorũdã positorũ in textu declaratiõe supponunt᷑ soluende alique difficultates.

Prima difficultas Utrũ tres questiones a quarũ determinatiõe voluit abstinere purphirius fuerũt ꝑ habitũ logice terminabiles. ¶ Pro solutiõe supponit᷑ ꝑ̃mo q̈ ꝑ̃dicte tres q̃stiões differunt inter se. q̃a ꝑ̃ma querit de esse vniuersaliũ. scđa de q̃ditatibus ipsorũ. ꝛ tercia de cõparatione ad singularia. Prima ardua est ꝛ etiam difficilis. q̃a nõ solũ apud antiquos philosophos fuit ꝓblemãtica. sed etiam apud modernos. Unde de esse vniuersaliũ inueniunt᷑ q̃nq̃ȝ opiniones. Prima fuit platonicorũ dicentiũ vniuersalia esse realit᷑ extra oẽm intellectũ ꝛ extra singularia. ꝛ illa vocauerũt ydeas. sicut eis imponit aristoteles. Secũda fuit paripateticorũ dicentiũ esse vniuersaliũ realit᷑ extra oẽm intellectũ. ꝛ illud esse habere in singularib⁹. Et ista diuisa est in tres. Nã quidã dicũt vniuersalia distingui realit᷑ a suis singularibus. Alij dicũt q̈ solũ distinguũt᷑ ex natura rei. Et alij q̈ distinguunt᷑ solũ scđm rationem. ¶ Tercia fuit opinio eorũ q̈ dicũt᷑ cõceptiste dicentiũ vniuersalia nõ esse nisi cõceptus mẽtales. licet sint singulares in essendo. sunt tamẽ vniuersales in ꝑ̃dicãdo ꝛ supponẽdo. Et ista adhuc diuisa est. Nã q̃dã dicũt vniuersalia esse in aĩa tm̃ obiectiue ꝛ nõ subiectiue. sicut creature ante suã ꝓductionẽ habebãt esse in mẽte diuina. Dicunt vltra q̈ huiusmodi esse est fictũ ab aĩa ꝛ abstractũ a rebus singularibus. ꝛ q̈ aĩa habet ṽtutẽ fictiuam

taliũ rerũ. sed nõ ꝓductiuã. Alij dicũt q̈ vniuersalia habẽt esse subiectiuũ in aĩa. Et istorũ q̃dã dicũt vniuersalia esse actus intelligendi. alij species intelligibiles. ¶ Quarta opinio fuit eorũ q̈ dicunt᷑ terministe dicentiũ vniuersalia esse terminos vocales vel sc̃ptos. sicut occani. ¶ Quinta opinio fuit quorũdã dicentiũ vniuersalia nõ habere esse nisi ydeale in mente prime cause. ¶ Scđo supponit᷑ q̈ purphirius mouet has questiões magis de generibus ꝛ speciebus q̃ȝ de alijs ꝑ̃dicabilibus ꝓpter duo. Primo. q̃a genera ꝛ species habẽt ꝑfectiorẽ modũ ꝑ̃dicandi alijs cũ ꝑ̃dicent᷑ in q̃d. ꝛ alia in quale. ¶ Scđo. q̃a in generibus ꝛ speciebus ꝯtinent᷑ alia ꝑ̃dicabilia. ¶ Et si querat᷑ quare illas mouet cuȝ non terminat eas. Dicit᷑ ꝯsequent᷑ q̈ hoc est ꝓpter tres causas. Prima ne aliq̃s crederet q̈ de vniuersalibus nõ possint moueri difficiles questiones. ¶ Scđa est vt reddat auditores attẽtos. Unde ip̃e more boni oratoris in hoc ꝓhemio reddit auditores dociles. at tẽtos ꝛ beniuolos. Dociles ꝑ hoc q̈ ponit i ꝑ̃ncipio ṽtilitates huius libri. Attentos ꝑ hoc q̈ ꝓponit ardua. Et beniuolos ꝑ hoc q̈ dicit se imitaturũ egregios philosophos. ¶ Tercia causa ẽ ne videat᷑ ignorasse illas questiões. ¶ Tercio supponit᷑ q̈ purphirius ꝑ istos terminos solis nudis ꝛ puris q̈ ponunt᷑ in ꝑ̃ma questiõe nõ intelligit idẽ. Nã ꝑ intellectũ solũ intelligit operationẽ intellect⁹. cui nihil correspondet in re. sicut est operatio qua intelligit᷑ chymera. sed ꝑ purũ itelligit vnã operationẽ qua appꝛ̃hendit᷑ res forma sine materia. sed ꝑ nudũ intelligit operationẽ qua appꝛehendit᷑ materia sine forma. Alij dicũt q̈ ꝑ intellectũ solũ intelligit intellectũ diuinũ. qui est solus ꝑ equalitatem. Et ꝑ purũ intelligit intellectũ angelicũ. q̈ est purus ꝛ denudat⁹ ab omĩ fantasmate. Et ꝑ nudũ intelligit intellectũ humanũ. q̈ in ꝑ̃ncipio sue creatiõis est nudus. ¶ Quarto supponit᷑ q̈ ꝑ̃dictas questiões esse terminales per habitũ logice potest dupplicit᷑ intelligi. Uno mõ q̈ sint terminales analetice. id est resolutorie ꝛ demonstratiue. a priori. id est per ꝓpria ꝑ̃ncipia logice. ¶ Alio modo q̈ sint terminales dyaletice siue probabiliter ꝑ ꝑ̃ncipia cõmunia ꝛ per logicam vtentem.

His suppositis dicit᷑ ꝑ̃mo q̈ predicte tres questiones nõ possunt per habitũ logice terminari demonstratiue ꝛ a priori. Patet quia noticia earũ demonstratiua dependet ex ratione entis. que ad methaphisicũ pertinet. sed logica nõ ꝯsiderat rationem entis. igitur. ¶ Dicit᷑ secundo q̈ predicte questiones possunt per habitũ logice terminari dyaletice ꝛ ꝓbabiliter. Patet. quia dyaletica habet viaȝ

ad oĩm methadoꝝ ꝑ̃ncipia. vt patet ꝑ philosophũ ꝑ̃mo topicoꝝ dicentem. Dialetica eñ cũ sit inquisitiua ad oĩm methadoꝝ ꝑ̃ncipia viã habet. Dicitur tercio ꝙ ꝑ̃dicte questiones mouentur de vniuersali fundamẽtaliter sumpto. ⁊ nõ de vniuersali formaliter sumpto. seu de intentione vniuersalis. Nam si mouerentur de vniuersali formalit̃ sumpto, tunc dicẽdũ esset ad ꝑ̃mã ꝙ vniuersalia habent soluz esse in intellectibus. Patet. quia ens ratiõis habet solũ esse in intellectu. sed vniuersale formaliter sumptũ est ens rationis. igitur. Et ad scðm dicendũ est ꝙ nec sunt corporea nec incorporea. sumẽdo corporeũ ⁊ incorporeũ ꝓut sunt differentie diuisiue substantie. Et si in illo termino incorporeũ ly in teneatur negatiue possũt dici nõ corporea. Ad terciam aũt dicendum est ꝙ sunt extra sensibilia. vt patet per probationẽ que datur ad responsionẽ prime questionis. ¶ De solutione autem istaꝝ questionũ si moueantur de vniuersali fundamentaliter sumpto quia non sunt logice. sed poti⁹ methaphisice. ideo ad methaphisicam remittuntur.

Scða difficultas. Utrũ tm̃ qnqꝫ

sunt vniuersalia aut ꝑ̃dicabilia de quibus intentio vniuersalis predicatur vniuoce. vt genus de speciebus. ¶ Pro solutione prime partis supponitur primo ꝙ sicut tactũ est in exponibilibus hec dictio tm̃ quando additur subiecto alicuius ꝓpositiõis potest facere ꝓpositionẽ de excluso subiecto. aut ꝓpositionẽ exclusiuã. Et si subiectũ sit terminus numeralis adhuc potest teneri dupliciter. quia vel tenetur ꝓprie ⁊ sic facit ꝓpositionẽ exponibilẽ gratia alietatis. Aut improprie. ⁊ facit ꝓpositionẽ exponibilem gratia pluralitatis. ¶ Ex quo sequitur ꝙ hec ꝓpositio. Tm̃ quinqꝫ sunt vniuersalia potest habere tres sensus. Primus est. aliqua que sunt tm̃ quinqꝫ sunt ꝑ̃dicabilia. Secũdus est. qnqꝫ sunt ꝑ̃dicabilia ⁊ nulla alia a qnqꝫ sunt predicabilia. ⁊ iste est ꝓprius. Tercius est. qnqꝫ sunt predicabilia ⁊ nõ sunt plura ꝙ̃ qnqꝫ. ¶ Secũdo supponit̃ ꝙ vniuersale potest accipi dupliciter. Vno modo ꝓ eo qd̓ ꝑ se significat scilicet pro intentiõe vniuersalis. Alio modo pro eo qd̓ denominat scilicet pro re subiecta intẽtioni. ⁊ ꝯsimiliter istis duobus modis potest accipi ꝑ̃dicabile. ¶ Ex quo sequit̃ ꝙ ista ꝓpositio tm̃ qnqꝫ sunt vniuersalia potest exponi de intentionibus denominantibus. aut de rebus denominatis.

Suppositis his dicit̃ ꝙ tm̃ qnqꝫ

sunt vniuersalia. summendo illã ꝓpositionẽ vt est de excluso subiecto. siue etiam ly vniuersalia sumat̃ pro intentionibus denominantibus siue pro

rebus denomiatis. Patet. quia sua exponens est vera. Vnde sic exponit̃ de intentionibus aliqua que sunt tm̃ qnqꝫ sunt vniuersalia id est intentiones vniuersaliũ/pro denominatis sic. Tm̃ qnqꝫ sunt vniuersalia. aliqua que sunt tm̃ qnqꝫ sunt vniuersalia. id est res vniuersales. ⁊ illa etiã est vera. Dicit̃ scðo ꝙ si illa ꝓpositio sit exclusiua. ⁊ dictio improprie summatur ⁊ ly vniuersalia teneatur pro intentionibus denominantibus ꝓpositio ẽ vera. patet. qa sua exponens est vera. Nam sic exponitur. Tm̃ qnqꝫ sunt vniuersalia. id est quinqꝫ sunt intentiones vniuersaliũ in specie ⁊ nõ sunt plures ꝙ̃ quinqꝫ. Dicit̃ tercio ꝙ si illa ꝓpositio sit exclusiua. ⁊ dictio exclusiua improprie summatur. ⁊ ly vniuersalia pro rebus denominatis ꝓpositio est falsa. Patet. quia sua exponens est falsa. Nam sic exponitur. Tm̃ quinqꝫ sunt vniuersalia. id est quinqꝫ sunt res vniuersales ⁊ nõ sunt plures res vniuersales ꝙ̃ quinqꝫ. modo est falsa. Dicit̃ quarto ꝙ si ista ꝓpositio sit exclusiua. ⁊ dictio exclusiua ꝓprie summat̃. siue li vniuersalia teneatur pro intentionibus siue pro rebus subiectiuis ꝓpositio est falsa. Patet quia sua exponens est falsa. Nam sic exponitur. Quinqꝫ sunt vniuersalia ⁊ nulla alia a quinqꝫ. ⁊ tamẽ duo sunt vniuersalia. ¶ Sufficientia autẽ istorũ vniuersaliũ est hec. Omne vniuersale aut ꝑ̃dicatur in quid aut in quale. Si in quid hoc est dupplicit̃. quia vel dicit totam essentiam ⁊ quiditatez suoꝝ subijcibiliũ ⁊ sic est species. aut partem essentie ⁊ sic est genus. Si in quale. hoc est dupliciter. vel in quale substantiale. ⁊ sic est differentia. vel in quale accidentale. Et hoc dupliciter. qa vel est cõuertibile cũ aliquo cõmuni ad sua subijcibilia. ⁊ sic est ꝓpriũ. vel nõ est cõuertibile. ⁊ sic est accidens commune.

Circa ꝑ̃dicta obijcit̃ quadruplicit̃

Primo sic. Predicatũ ⁊ ꝑ̃dicabile idem sunt. saltem non differunt nisi ꝑ actum ⁊ aptitudinẽ. Sed tm̃ quatuor sunt predicata. ergo tm̃ quatuor sunt predicabilia. ¶ Secundo sic. philosophus primo topicorũ inter ꝑ̃dicata nõ ponit speciem nec differentiã. quia cum genere ordinanda est. ergo species ⁊ differentia nõ sunt vniuersalia. Tercio sic. Ens est vniuersale ⁊ tamẽ nõ est aliquot istoꝝ quinqꝫ. ergo plura sunt predicabilia ꝙ̃ quinqꝫ. ¶ Scða pars antecedentis patet. Primo qa nõ est gen⁹. vt vult phus tercio methaphisice. Nec species qa tunc haberet genus supra se. nec aliqd̓ alioꝝ triũ. qa ꝑ̃dicat̃ in qd. ⁊ ipsa ꝑ̃dicant̃ in quale. igit̃. Quarto sic. Diffinitio est vnũ predicatũ. ergo etiã erit vnũ predicabiliũ. tenet consequentia per illud quod dictum est ꝙ ꝑ̃dicatũ ⁊ predicabile sunt idem.

¶ Pro solutiōe istaꝝ supponit̄ p̄mo ꝙ p̄dicabile potest capi dupplicit̄. Uno modo cōmunit̄ vt est secūda intentio cōmunis omni illi qḋ est natū p̄dicari siue sit singulare siue vniuersale. siue vniuocū siue equocū. siue limitatū siue illimitatū. ꝛ sic p̄dicabile nō cōuertit̄ cū vniuersali. nec est propria passio eius. Alio modo accipit̄ specialit̄ ꝓ secūda intētione fundata sup̱ natura limitata nata p̄dicari de plurib᷒. ꝛ sic ꝯuertit̄ cum vniuersali. ꝛ ꝓpria passio. ¶ Secūdo supponit̄ ꝙ p̄dicatū etiā potest accipi dupplicit̄. Uno modo cōmunit̄ vt est scḋa intētio cōmunis omī illi qḋ est extremū ꝓpositiōis positū post copl̄a. Alio modo accipit̄ pro scḋa intētione fundata sup̱ eo qḋ est natū p̄dicari de ꝓpositiōe terminabili p̱ artē dyaleticā. ¶ Adhuc vtroq̄ȝ modo p̄dicatū ꝛ p̄dicabile possunt accipi dupplicit̄er. scilicet formalit̄ ꝛ fundamentalit̄. Predicatū ꝛ p̄dicabile p̄mo modo accepta nō differūt nisi scḋȝ actū ꝛ aptitudinē. sed p̄dicatū ꝛ p̄dicabile scḋo modo accepta nō sic differūt. sed sunt due intentiones penitus disparate que habēt diuersa fundamēta ꝓpinqua ꝛ diuersos terminos.

His suppositis ad p̄mū qḋ obijcit̄

dicit̄ negādo antecedēs. ¶ Ad scḋm negando ꝯsequētiā. Unde nō ponit ibi speciē inter p̄dicata. vel q̄a reducit̄ ad diffinitionē. vel q̄a species nō est p̄dicatū ꝓpositiōis dyaletice. nec etiā ponit differētiā. q̄a reducit̄ ad gen᷒. Predicat em̄ essentiā subijcibiliū nō cōuertibiliter sicut genus. ¶ Ad tercium dicit̄. ꝙ licet ens sit vniuersale transcendēs. tamen non est vniuersale limitatū. de quo solū intendit purphirius cū ordinet librū suū ad p̄dicamenta in quoꝝ coordinatiōe nō ꝑtinent trāscēdētia. ¶ Ad quartā dicit̄ negādo ꝯsequētiā. q̄a cū p̄dicatū ꝛ p̄dicabile sint intētiōes secūde distincte. habēt etiā distinctas species. Unde diffinitiōi nō potest ꝯpetere ratio vniuersalis. q̄a esse vniuersale habet vnū simplicē modū p̄dicādi. sed diffinitio includit duos modos p̄dicādi. scilicet qḋ ꝛ quale. ¶ Ad scḋam partē difficultatis dicit̄ ab aliq̄b᷒ ꝙ intētio vniuersalis nō dr̄ vniuoce vt gen᷒ de q̄nq̄ȝ vniuersaliū intētiōib᷒. ꝓbat̄ p̄mo sic. q̄a nihil dr̄ vniuoce de substātia ꝛ accidēte. sed aliqḋ vniuersale est substātia ꝛ aliqḋ est accidēs. igit̄ vniuersale nō dicit̄ vniuoce de eis. ¶ Scḋo sic. id qḋ dicit̄ scḋm prius ꝛ posterius de aliq̄bus nō dicit̄ vniuoce de eis. ꝗ ratio vniuoci debet esse eadem in vniuocis. sed vniuersale dicit̄ scḋm prius ꝛ posterius de q̄nq̄ȝ vniuersalibus. q̄a prius dicit̄ de genere q̄ȝ de alijs. igit̄. ¶ Qꝫ etiā nō sit genus ꝓbat̄ quādruplicit̄. Primo sic. Nullū vniuersale est genus ad q̄nq̄ȝ vniuersalia. ergo vniuersale nō est genus ad q̄nq̄ȝ vniuersalia. tenet consequentia ab vniuersali ad indefinitā. Antecedēs patet inductiue. q̄a nec genus est genus ad q̄nq̄ȝ vniuersalia. nec species est genus. ꝛ sic de alijs. ¶ Scḋo sic. Si vniuersale esset genus ad q̄nq̄ȝ vniuersalia sequeret̄ ꝙ idem esset genus ad seip̄m. Antecedēs est impossibile. igit̄ cōsequentia. Patet q̄a esset genus ad oīa vniuersalia ꝛ ad ip̄m met vniuersale. igit̄ esset gen᷒ ad seip̄m. ¶ Tercio si vniuersale esset genus ad q̄nq̄ȝ vniuersalia. vel esset genus generalissimū. vel genus subalternū. Nō genus generalissimū. q̄a tunc essent plura q̄ȝ decē. Nec subalternū. tum q̄a nō videret̄ sub quo genere generalissimo ꝯtineret̄. tum q̄a tunc nō esset genus ad oīa vniuersalia. q̄a aliqḋ vniuersale ꝯtinet̄ supra ip̄m. ¶ Quarto sic. Si vniuersale esset genus ad q̄nq̄ȝ vniuersalia sequeret̄ ꝙ gen᷒ ꝛ differētia essent species vniuersalis. Cōsequēs est falsum. q̄a membrū vnius bone diuisiōis non debet p̄dicari de alio membro eiusdē diuisionis. igit̄. ¶ Alij dicūt ꝙ intētio vniuersalis que fundatur in q̄ditate limitata est genus ad q̄nq̄ȝ vniuersaliū intentiones. Et ꝓbant. q̄a illud qḋ p̄dicatur de aliq̄bus in q̄d tanq̄ȝ de differentibus specie est genus ad illa. sed intentio vniuersalis p̄dicatur in q̄d de q̄nq̄ȝ intētiōibus vniuersaliū tanq̄ȝ de differentibus specie. ergo est genus ad illa. Prima pars minoris patet. q̄a illud p̄dicatur in q̄d qḋ conuenienter respondetur ad interrogationē factā p̱ q̄d. sed intentio vniuersalis est huiusmodi. Nam si queratur q̄d est genus. cōuenienter respōdetur ꝙ est vniuersale. igit̄. Secūda pars minoris patet. q̄a plus differūt intentio generis ꝛ intentio speciei q̄ȝ due intentiones generis. Sed due intentiones generis differunt numero. ergo alie differunt plus q̄ȝ numero. ꝛ p̱ cōsequens specie. ¶ Ad p̄dictas igitur obiectiōes respondendum est scḋm hanc opinionē. Ad p̄mā negando cōsequentiā. q̄a ibi est fallacia figure dictiōis. arguendo a suppositiōe p̱sonali ad simplicem. nec ibi arguitur ab vniuersali ad indefinitā. sed a d singularē. cuius tamē subiectū non est suppositū subiecti vniuersalis. sed est q̄ditas eius. Aliter posset dici negādo antecedēs. Nam genus. id est aliq̄d qḋ est genus. puta vniuersale est genus ad q̄nq̄ȝ predicabilia. ¶ Ad scḋm dicitur negando cōsequentiā. Et ad ꝓbationē dicitur ꝙ intentio vniuersalis est genus ad q̄nq̄ȝ intentiones vniuersaliū. nec continetur sub aliqua illarū. licet vna eaꝝ. videlicet intentio generis possit p̄dicari denomiatiue de ea. vt patet dicendo vniuersale est genus. ¶ Ad terciā dicitur ꝙ est genus subalt̄nū. Et ad p̄maꝫ improbationē dicitur ꝙ ꝯtinetur sub hoc genere generalissimo scḋa intētio ꝙ licet nō sit vnū de decē generib᷒ generalissimis realib᷒. est tamē vnū generalissimū intētionale. nec est incōueniēs in intentiōibus secūdis suo

Opinio scoti

Ad argumenta in oppositum

ut vite. V. intēcio vniuersalis sit genus ad quinq̄ vniuersalia. et p̄dicetur de eis vniuoce

Genus est spes. quo conceditur.

modo esse genera ⁊ species sicut in p̄mis. ¶ Ad scd̄am p̄bationē dicitur q̄ licet intentio vniuersalis nō sit genus ad oēs q̄ditates vniuersales. tamen est genus ad oēs intentiōes vniuersaliū. ¶ Ad quartā dicitur supponendo q̄ iste intentiōes genus. species. ⁊ sic de alijs possunt accipi vt q̄d id est vt quedā obiecta de q̄bus p̄dicantur vel sue diffinitiões vel sue p̄prie passiones. ⁊ sic sunt opposite. nec vna p̄dicatur de alia. Alio modo possunt accipi vt modus. id est vt sunt quidā modi sub q̄bus cognoscūtur sua fundamēta. ⁊ sic etiā nō p̄dicant̄ de seinuicē. ¶ Tercio modo possunt accipi. vna vt q̄d ⁊ alia vt modus. ⁊ sic possunt de seinuicem p̄dicari ¶ Et quo sequitur q̄ ista potest p̄cedi. genus est species. si ly genus summatur vt q̄d. id est vt quoddā obiectū cognoscibile. Et ly species vt modus. id est vt quoddā p̄dicatū denominatiuū sub quo cognoscitur gen⁹ Sed si summātur ambo vt q̄d. vel ambo vt modus. ip̄a est neganda. q̄a predicatur disparatū de disparato.

Tercia difficultas. Utrū vniuersale sit subiectū adequatū huius scientie.

Pro solutiōe supponitur p̄mo q̄ vt dictū est in similis duplex est vniuersale. scilicet cōplexū q̄d est ꝓpositio vniuersalis. ⁊ incōplexū. Et istud est multiplex. Quoddā est vniuersale in causando. vt deus. Aliud est vniuersale in distribuendo vt signū vniuersale. Aliud est in representando vt species intelligibilis. Et aliq̄d est in p̄dicando ⁊ de isto solū est hic sermo. ¶ Secūdo supponitur q̄ vniuersale in p̄dicando potest summi tripliciť. Uno modo ꝓ eo q̄d per se significat scilicet pro intentione vniuersalis. Et hoc dupliciter. Uno modo accipitur generaliť pro intentione fundata in om̄i q̄ditate apta nata esse in multis siue illa sit limitata siue non. Et isto modo de vniuersali nō est hic sermo. q̄a transcendit metas huius scientie. ¶ Alio modo accipitur specialiter pro intentione fundata in q̄ditate limitata tm̄. cuiusmodi sunt q̄ditates predicamētales. ⁊ isto modo accipitur hic. ¶ Secūdo modo accipitur vniuersale specialiť pro eo q̄d denominat. scilicet pro q̄ditate apta nata esse in multis. ⁊ isto modo nō accipitur hic. ¶ Tercio modo accipitur pro aggregato ex vtroq̄ scilicet ex intētiōe ⁊ q̄ditate vniuersalis. ¶ Tercio supponitur q̄ iste termin⁹ subiectū habet octo significatiōes vt patebit in similis. ⁊ solū de vltima est hic sermo. scilicet de subiecto attributionis ¶ Quarto supponitur q̄ scd̄m aliquos inter se distinguuntur subiectum sciētie ⁊ obiectū. q̄a subiectū est pars obiecti. est em̄ id q̄d subijcitur in cōpositione demōstratiōis. sed obiectū sciētie est ip̄a tota demonstratio cōposita q̄ terminat actū sciēdi. Istud scd̄m p̄batur dupliciť. Primo

Complexū / duplex vle / Incōplexū — p̄dicādo / causando / distribuendo / rep̄sentādo

quia nihil scitur scd̄m p̄hm p̄mo posterioꝝ nisi verū. sed sola propositio est vera. ergo sola ꝓpositio scit̄. ⁊ p̄ ꝯsequēs ē obiectū sciētie. ¶ Secūdo sic Idem est obiectū sciētie ⁊ assensus. sed sola ꝓpositio est obiectū scientie assensus. ergo sola ꝓpositio est obiectū sciētie assensus. Et de ista differentia plura alia dicentur p̄mo posterioꝝ. Et licet forte sit bene posita. tamē ab autoribus nō obseruatur. Nā frequēter vocat subiectū obiectū. vt patet in his metris. Obiectū verna. ⁊ cetera. ¶ His suppositis dicitur p̄imo q̄ vniuersale cōplexū. similiť vniuersale in causando. in distribuendo ⁊ rep̄sentādo. ⁊ vniuersale in cognoscēdo nō sunt subiectū huius scientie. Istud est notū de se. Dicitur scd̄o q̄ vniuersale in p̄dicādo sumptū ꝓ eo q̄d nominat nō est subiectū huius scientie. Probatur. q̄a oīs sciētia realis est de aliquo tali vniuersaliter igitur nullū tale vniuersale est hui⁹ scientie subiectū adequatū. Dicitur tercio q̄ vniuersale acceptū pro aggregato ex intētiōe ⁊ re subiecta intentiōi nō est huius sciētie nec cuiuscūq̄ alteri⁹ subiectū attributiōis. Patet q̄a est ens p̄ accidēs. Dicitur quarto q̄ vniuersale sumptū ꝓ eo q̄d p̄ se significat ⁊ scd̄o modo sub ratiōe vniuersalitatis est hui⁹ sciētie subiectū attributiōis. Probatur p̄mo. q̄a in ista sciētia p̄supponitur de eo q̄d est ⁊ q̄a est. ⁊ p̄ ei⁹ diffinitionē demonstrātur passiōes de eo. vtputa p̄dicabile de multis ꝯsimilibus. ⁊ oīa ꝯsiderata in ista sciētia habēt attributionē ad ip̄m tanq̄ partes subiectiue aut ꝓprietates parciū subiectiuaꝝ. aut aliquo alio mō. igitur. Scd̄o. quia ista sciētia dicitur s. ia de vniuersalib⁹ vel p̄dicabilib⁹. sed nullū q̄nq̄ p̄dicabiliū potest esse subiectū. quia nec oīa collectiue sumpta possunt esse subiecta. quia subiectū cuiuslibet sciētie debet esse vnū vnitate formali. relinquitur ergo q̄ aliquid cōmune ip̄is sit subiectū. sed illud nō potest esse p̄dicabile. quia p̄dicabile cū importat aptitudinē est q̄dā passio. igitur est vniuersale.

Responsio ad difficul.

Ex quo infert talis cōclusio.

Intētio vniuersalis a qua denominatur quelibet quiditas limitata vniuersalis est hui⁹ scīe attributiōis subiectū. Hec ꝯclusio relinquitur ꝓbata ex iā p̄dict⁹. Dr̄ aūt itētio vlis ad excludēdā rē subiectā intētiōi. Dr̄ vltra. a q̄ denomiatur q̄libet quiditas limitata vlis. ad excludēdā intētionē vniuersalis que denominat quiditates transcendentes. ¶ Ad rationes. ¶ Ad p̄mā. negādo minorē. Et ad p̄bationē dr̄ q̄ species habet passiōes vles. ⁊ tū dr̄ vt q̄a essent genera. Dico q̄ sunt ꝓpria denoīatiue. Et cū dr̄ vltra q̄ aliquid cōtentū sub specie. dico q̄ nō est incōueniēs aliquid contentū sub specie denoīatiue esse cōuertibile cū genere. p̄sertim in intentionib⁹ secūdis. vt p̄dicabile q̄d dr̄ esse ꝓpriū est ꝯuertibile cū vniuersali.

Ad secũdã dicit̃ ꝙ nec inquantũ intentio. nec inquantũ denominatiua ꝑme intentionis. sed inquantum vniuersalis.

Ad terciã dicit̃ ꝙ intentio vniuersalis nõ dicit̃ ꝓprie de chymera. sed solũ improprie ⁊ similitudinarie. Et licet iste terminus chymera sit terminus cõmunis vniuocus. summendo vniuocũ pro eo qđ dicit vnũ cõceptũ realem vel ymaginatiuũ. tamen nõ est vniuocus summendo vniuocũ pro eo qđ significat vnũ verũ ꝯceptũ realem.

Ad quartã dicit̃ ꝙ sicut indiuiduum cõtinet̃ sub vniuersali. ideo scientia tractat de indiuiduo in ordine ad suas passiões est pars scientie que tractat de vniuersali de ordine ad suas

Videt̃ autẽ neqꝫ genus. ⁊ cetera.

Ista est pars executiua huiꝰ libri in qua purphirius determinat de vniuersalibus in speciali. ¶ Et diuidit̃ i duas partes. In prima det̃minat de ipis scđm se ⁊ absolute. In secunda determinat de ipis cõparatiue. comparando ea ad inuicem penes conuenientiã ⁊ differentiaꝫ. Secũda pars incipit ibi. Commune quidem extra. ¶ Prima pars adhuc diuiditur in qnqꝫ capitula scđm ꝙ sunt quinqꝫ vniuersalia. In primo capitulo determinat de genere. Et diuiditur in duas partes. In ꝑma parte ponit multiplicitatẽ huius termini genus ¶ Et intendit duas conclusiones. ¶ Prima conclusio. Isti termini genus ⁊ species non dicunt̃ simpliciter. id est vno mõ seu vniuoce de specie. ꝓbabit in caplõ sequente. De genere ꝓbat qa iste terminꝰ genꝰ dicit̃ tripliciť ꝓut sufficit ad ꝓpositũ. qa alij modi nõ valent ad cognoscẽdũ genꝰ logicũ. Primo mõ dicit̃ genꝰ collectio aliquoꝝ qđ ãmodo se habẽtiũ ad aliqđ vnũ ꝑmũ ꝑncipiũ ⁊ ad seinuicẽ. vt collectio romanoꝝ dicit̃ vnũ genꝰ. qa illi q̃ sunt de illa collectione habẽt habitudinẽ ad vnũ ꝑmũ scꝫ ad romulũ ⁊ ad seinuicẽ habitudinẽ scꝫ ꝯgnatõis affinitatis vl' ꝓximitatis. ⁊ ꝑ illud ꝑmũ ꝑncipiũ diuerũt romani ab oibꝰ alijs generibꝰ. vtputa a gallis vel burgũdis. ¶ Scđo mõ dicit̃ genꝰ vniuscuiusqꝫ generatõis ꝑncipiũ. vel qđ genuit. vel in quo quis genitus est.

Exemplũ de illo qui genuit. vt tantalus fuit genꝰ horestis. ⁊ hercules fuit hijlli. Exemplũ de loco in quo genitus est. vt thebe fuit genus pindari. qa pindarus natus est thebis. Et athene fuerũt genus platonis. Qꝫ autem locus sit genus. id est ꝑncipiũ generatiõis ꝓbat purphirius dicẽs. Etenĩ patria est ꝑncipiũ vniuscuiusqꝫ generatiõis. queadmodũ ⁊ pater. ¶ Secũda cõclusio. Inter istas duas significatiões generis secũda videt̃ esse promptissima. id est magis vsitata. ꝓbat dupplicit̃. Primo qa romani nõ sunt dicti vnũ genus nisi qa sunt genus ex vno genere. scilicet ex romulo. Et cicropides similit̃ nõ sunt dicti vnũ genꝰ. nisi qa sunt ex vno genere scilicet ex cicrope. ergo secũda significatio fuit prior ꝑma ⁊ ꝑ cõseqns est magis vsitata ¶ Scđo sic. Principiũ vniuscuiusqꝫ generatiõis prius est appellatũ genus qꝫ ipa tota generatio. ⁊ ab ipo ꝑncipio sumit generatio distinctionẽ ab alia generatiõe. ergo scđa significatio est prior ꝑma ⁊ ꝑ cõsequẽs magis vsitata. ¶ Tercio modo dicit̃ genus illud cui supponitur species. Et istud dicit̃ ad similitudinẽ alioꝝ modoꝝ. Et ꝑmo ad similitudinẽ generis secũdo modo dicti. qa sicut genꝰ secũdo modo dictũ est ꝑncipiũ multoꝝ hoim descendentiũ ab eo. sic genus tercio modo dictũ est ꝑncipiũ suarũ specierũ. Sed nota ꝙ hoc est differenter. qa illud est ꝑncipiũ effectiuũ ⁊ istud est ꝑncipiũ formale ⁊ qditatiuũ. Scđo dicit̃ ad similitudinẽ generis ꝑmo modo dicti. qa sicut genus ꝑmo modo dictũ cõtinet quendã multitudinẽ hoim supple. sic genus tercio modo dictum cõtinet multitudinẽ specierũ que sub ipso sunt. Sed nota ꝙ hoc est differenter. qa primũ cõtinet actualiter. ⁊ terciũ potẽtialit̃ tm̃. ¶ In scđa parte que incipit ibi. Tripliciter ergo purphirius eligit acceptionẽ generis. de qua intendit dicens. Cũ ergo iste terminus genus dicat̃ tripliciter. id est tribus modis solũ. de tercio modo est sermo apđ philosophos. Et ipm sic describunt. id est diffiniũt. Genus est qđ de pluribus ⁊ differentibus specie in eo qđ qd sit ꝑdicat̃. ¶ Pro cuius diffinitiõis declaratiõe ponit purphirius talẽ diuisionẽ. Eoꝝ que ꝑdicant̃ quedã ꝑdicant̃ de vno solo. id est nõ de pluribus vt indiuidua. sicut hic ⁊ hec ⁊ hoc. Alia vo predicantur de pluribus. sicut qnqꝫ vniuersalia de qbus dicit exemplum in textu. Differt aũt genus ab indiuiduo per hoc qđ ꝑdicatur de pluribꝰ. Differt a specie per hoc quod ꝑdicat̃ de pluribus speciebus. vt animal de homie ⁊ boue. Species aũt ꝑdicat̃ de solis indiuiduis. vt homo ꝑdicatur de socrate ⁊ platone. que differũt solũ numero. Et intellige hanc differentiam de specie specialissima. ¶ A ꝓprio vo differt genus. qa ꝓpriũ ꝑdicatur de vna sola specie cuius est ꝓpriũ ⁊ de indiuiduis. vt risibile ꝑdicat̃ de hoie

⁊ particularibus hoībus. Gen⁹ vō ꝑdicatur de pluribus ⁊ differentib⁹ specie. Differt aũt a differentia ⁊ cõmuniꝫ accidẽtib⁹. qa q̃uis ipa ꝑdicetur de pluribus differentibus specie. tamẽ ꝑdicantur in eo qđ quale. ⁊ genus in eo qđ qd. illa em̃ ꝯuenienꝫ respõdẽtur ad inꝫrogationẽ fact ꝑ quale. Nã si queratur qualis est homo. ꝯuenienꝫ respõdetur ꝙ est rationalis. Et si queratur qualis est coruus. ꝯuenienꝫ dicitur ꝙ est niger. Genus autem respondetur ad inꝫrogationẽ factã ꝑ qd. vt si queratur qd est homo. respõdemus animal. Ex ꝑdictis infert purphirius ꝙ ꝑdicta diffinitio generis nihil supfluũ ꝯtinet. nihil etiã diminutũ. quare sequitur ꝙ est bona. Et ex isto passu possent elici ꝯditiões bone diffinitiõis.

Circa hunc textũ queriꝫ vtrũ due

diffinitiões generis logici sint in ꝑcedẽti textu sufficienter assignate.

Et arguiꝫ ꝑmo cõtra suppositum

qa gen⁹ nõ est diffinibile. ergo diffinitiões ei⁹ nõ sunt bene assignate. Antecedens ꝓbatur quadruplicíꝫ. Primo qa genus est solũ descriptibile vt patet in textu vbi dicitur ꝙ etiam describentes. ⁊ cetera. Et in fine capituli vbi dicitur ꝙ descriptio generis nihil supfluũ ꝯtinet. igitur nõ est diffinibile. tenet ꝯsequẽtia. qa descriptio ⁊ diffinitio distinguũtur. Scđo. qa solius speciei est diffinitio. sed genus nõ est species. ergo generis nõ ẽ aliqua diffinitio. Tercio. Nullũ cõcretũ est diffinibile. sed genus est qđdam cõcretũ igitur nõ est diffinibile. Maior patet. qa om̃e diffinibile est in genere. cõcretũ aũt nõ est in genere. vt videtur haberi ex tercio topicoꝝ. igitur. Quarto qa alqđ genus nõ est diffinibile. vt patet de genere generalissimo. ergo nullũ genus est diffinibile. Tenet ꝯseqenutia qa nõ est maior ratio de vno q̃ꝫ de alio.

Scđo arguiꝫ. Illud qđ cõtinetur

equaliter sub aliquo tercio nõ supponitur illi. sed species cõtinetur equaliter cum genere sub vniuersali. cum sint species vniuersalis. vt dictũ est in ꝑcedẽti questiõe. igiꝫ ꝑma diffinitio generis nõ est bene assignata. Minor patet. qa species eiusdẽ generis sunt coequeue sub suo genere.

Tercio arguiꝫ. Prima diffinitio

ꝯuenit alijs a diffinito. ergo nõ est bene assignata. Antecedẽs ꝓbatur quadruplicíꝫ. qa enti supponitur species. Scđo qa differẽtie supponitur speci

es. Tercio. qa huic diffinitiõi substãtia corporea aĩata sensibilis supponitur species. Quarto. qa celo supponũtur oẽs species istoꝝ iꝼerioꝝ. ⁊ tamẽ nullũ istoꝝ est genus. igitur ꝑma diffinitio generis in qua dicitur genus est cui supponitur species. est insufficienter assignata.

Quarto arguiꝫ. Si secũda diffini

tio generis esset sufficienter assignata vel ꝑ eã diffiniretur intẽtio generis vel res subiecta intentioni. vel aggregatũ ex vtroq̃ꝫ. Nõ terciũ. qa illđ est ens ꝑ accidẽs cui nõ potest esse diffinitio. Nec scđm. qa logic⁹ non habet diffinire res subiectas intẽtiõibus. quia alias esset ꝑhus realis. Nec primũ. quia intẽtio generis nõ ꝑdicatur de plurib⁹ differẽtib⁹ specie. sed solũ de plurib⁹ differẽtib⁹ numero. cũ sit species specialissima vniuersalis. igitur ⁊ cetera. Cõfirmatur. quia hec diffinitio nõ ꝯuenit cuilibet cõtẽto sub diffinito. ergo nõ est bona. Antecedẽs patet. quia nõ conuenit speciei specialissime que continetur sub genere.

In oppositum arguiꝫ auctoritate

purphirij ponẽtis illas diffinitiões. ¶ Pro solutiõe hui⁹ questiõis. ⁊ ad declarationẽ textus de acceptiõib⁹ generis mouentur alique difficultates

Prima difficultas est vtrũ diffini

tũ qđ diffinitur ꝑ duas diffinitiões generis logici sit intẽtio vel res subiecta itẽtiõi. Et ꝯsiꝫr possit q̃ri de alijs diffinit. logicalib⁹. Ad quã dicũt aliqui ꝙ hic diffinitur res subiecta itẽtiõi. ꝑut subiacet ipi intentiõi. ⁊ ꝑ hoc differt ꝯsideratio logici a ꝯsideratiõe methaphisica. quia methaphisic⁹ ꝯsiderat rerũ quiditates ꝑut ꝯueniunt in quiditate entis. Logic⁹ autem ꝯsiderat eas ꝑut subiacẽt intẽtiõib⁹ secũdis. Hec oppinio ꝓbatur quadrupliciter. Primo. illud qđ diffinitur ꝑdicatur in quid de re. sed res subiecta intẽtiõi ꝑdicatur in qd de re. vt patet de aĩali. qđ ꝑdicatur ĩ qd de homine ⁊ boue. nõ aũt intẽtio generis cũ sit accidẽs rei. igiꝫ hic nõ diffiniꝫ intentio. sed res subiecta intẽtiõi. ¶ Scđo sic. Illud qđ hic diffiniꝫ ꝑdicaꝫ de diuersis specieb⁹. sed intẽtio generis nõ ꝑdicaꝫ de diuersis speciebus sed solũ de diuersis indiuiduis. cum sit species specialissima vniuersalis. ¶ Tercio sic. Per diffinitionẽ speciei infert⁹ ponẽdã diffiniꝫ res subiecta intentioni. ergo per predictas diffinitiões magis diffinitur res subiecta intẽtiõi. Antecedẽs patet. qa si diffinireꝫ ibi itẽtio. etiã hic diffinireꝫ intẽtio. Et cũ ille intentiones sint quedã disperata. vnũ disperatum diffiniretur ꝑ aliud quod videtur inconueniens.

¶ Quarto sic. Si ꝑ illas diffinitiões diffinire͛ intẽtio ⁊ nõ res subiecta intentioni sequeretur ꝙ oẽs particule posite in diffinitiõe essent intentionales. cõsequẽs est falsum. igi͛. Cõsequẽtia patet. qa vnũ qḋqȝ debet diffiniri ꝑ ea que sunt eiusdẽ ratiõis cũ eo. Falsitas cõsequentis patet. quia iste terminus species accipi͛ in illis diffinitiõibus ꝓ p̃ma intẽtiõe. qḋ patet qa nullũ genus ꝑdica͛ de differentibus specie in hac intentiõe species. ſȝ de ꝯueniẽtibus in ea. ergo si illa particula sit ꝯueniẽter posita oportet illũ terminũ species summi pro p̃ma intentiõe. Et ꝯfirma͛. qa totꝰ ꝓcessus porphiriȷ̃ nõ vide͛ esse nisi de re subiecta intentioni. vt patet in suis exemplis. Et ꝑ hoc ꝙ dicit genus tercio modo dictũ dici ad similitudinẽ aliorũ modoꝝ. sed intentio generis nullã habet similitudinẽ cũ illis modis Res aũt subiecta intentioni habet illã similitudinẽ. igi͛ ⁊ cetera.

Contra istũ moduȝ dicẽdi arguit͛

quadrupliciter. Primo sic. Illud diffini͛ a logico qḋ ꝑ se cõsidera͛ a logico. sed res subiecta intentioni nõ ꝯsidera͛ ꝑ se a logico. sed solũ ꝑ accidẽs Tũ qa logica est ꝑse de intentionibus secũdis adiunctis p̃mis. tum quia tunc logica esset scientia realis sicut phisica ⁊ methaphisica. ¶ Scḋo sic Illud qḋ hic diffini͛ debet esse vniuocũ ad oẽs ꝗditates ꝑdicamentales ꝑdicabile in ꝗd de differentibus specie. sed nulla res subiecta intẽtioni est vniuoca oĩbus ꝗditatibus ꝑdicamẽtalibus ꝑdicabilis in ꝗd de differentibus specie. ergo ⁊ cetera. Minor ꝓba͛ p̃mo ꝑ illos de illa oppiniõe. qa no cõcepũt esse aliq́d vniuocũ decẽ ꝑdicamentis. Scḋo qa si esset aliqua talis res maxime esset ens. sed hoc nõ. qa ens nõ est genus. vt patet quarto topicoꝝ ⁊ tercio methaphisice. ens. ⁊ vnũ nõ possunt esse genera. qa ꝑdicant͛ de oĩbus. ¶ Tercio sic. Si hic diffiniretur res subiecta intentioni quero de illa re. vel est animal. vel color. vel substantia. vel quantitas. vel aliqḋ alioꝝ generũ. sed nullũ istoꝝ est dicendũ. qa qua ratiõe dicere͛ vnũ. eadẽ ratione dicendũ esset de aliȷ̃s. igi͛. Si dicas qḋ q̃libet istoꝝ prout substat intentioni diffinitur. Cõtra. Diffinitũ debet esse ꝯuertibile cũ diffinitionẽ. sed nullũ istoꝝ siue ꝯsidere͛ sub intentione siue aliter est ꝯuertibile cũ diffinitionibus ꝑdictis. igitur ⁊ cetera. ¶ Quarto sic. Qḋ non habet vnũ ꝑ se ꝯceptũ nõ potest esse diffinitũ ꝑ ꝑdictas diffinitiões. sed res prout subiacet intentioni generis nõ habet vnũ ꝑ se ꝯceptũ. sed aggregatũ ex re ⁊ intentione que sunt diuersaꝝ rationũ. igitur Aliter ergo dicendũ est ꝙ diffinitũ qḋ diffinitur per illas diffinitiones generis logici est intentio generis ꝯcretiue designata. que ꝑdicatur de pluribꝰ differentibꝰ specie


predicatione significata. sed nõ ꝑdicatione exercita. ¶ Pro cuius opinionis declaratione supponitur ꝙ iste terminus genus potest accipi dupliciter. Vno modo p̃me intentionaliter. ⁊ tunc habet illas duas significationes que sunt in textu posite. ⁊ adhuc aliquas alias de quibus nõ fit mentio in textu eo ꝙ cũ ip̃is nullã habet similitudinẽ genus logicũ. Alio mõ accipi͛ secũdo intentionaliter. Et hoc dupplr͛. Vno modo accipitur grãmaticaliter ꝓut est quidã modus significandi. ⁊ sic nõ capi͛ hic. Alio modo logicali͛. ⁊ quia est terminus concretus. ideo potest adhuc accipi dupp̃liciter. Vno modo pro eo qḋ ꝑ se significat. scilicet pro intentiõe generis fundata in quiditate apta nata dici de differẽtibus specie ⁊ terminata ad illa. ⁊ istã significationẽ habet quãdo subȷ̃ci͛ respectu istoꝝ verborum ꝑdica͛. dici͛. diuidi͛ ⁊ similiũ. Alio modo potest accipi ꝓ eo qḋ ꝯsignificat ꝓ illa quiditate. ⁊ istã significationẽ habet siue pro illo cõsignificato supponit quãdo subȷ̃ci͛ respectu huius verbi est. vt cũ dici͛. genus est in pluribus speciebus. ¶ Scḋo supponitur qḋ ꝑdicari ꝑ se est intentionũ ⁊ rei ꝑ accidens. esse aũt ꝑ se est esse rei. ideo exercet illud in p̃mis intentionibus qḋ ꝑdicari significat in intentionibus. vt si significe͛ genus predicari de specie tunc sic exercetur dicendo. homo est animal. ¶ Tercio supponitur ꝙ duplex est predicateo scilicet siguificata ⁊ exercita. Predicatio significata est actus ꝑdicationis. vt ꝑ ista verba ꝑdica͛. dici͛. aut affirma͛ aut nega͛. designa͛. vt patet cũ dici͛. genus ꝑdica͛ de specie. superius affirmatur de inferiori. Predicatio exercita est actus ꝑdicationis ꝑ istud verbũ est explicite vel implicite exercitus. vt cũ dici͛ homo est animal. vel socrates est homo. Et hanc distinctionẽ intelliges ꝑ distinctionem de negatione significata ⁊ negatione exercita. Vel ꝑ distinctionem de exclusione aut reduplicatione significata ⁊ exercita. Vnde sicut patet per istos terminos nego vel negatio actus negandi significa͛. Et ꝑ istõ aduerbiũ nõ exerce͛ sic ꝑdicatio per ista verba dici͛. predica͛. significatur Et ꝑ istud verbũ est exerce͛. ¶ Ex istis infer͛ p̃mo ꝙ ꝑdicatio significata in secũdis intentiõibus nõ potest exerceri in eisdẽ. nisi forte in his que se habent vt superius ⁊ inferius. vel vt subiectũ ⁊ ꝓpria passio. Primũ patet qa ꝑdicatio ista. genus ꝑdica͛ de specie male exerce͛ ꝑ istã. species est genus. ¶ Scḋm patet. qa ista genus ꝑdica͛ de hoc genere. cõuenient͛ exercetur ꝑ istã. hoc genus est genus. Et ista. ꝑdicabile ꝑdica͛ de vniuersali ꝑ istã. vniuersale est ꝑdicabile. ¶ Scḋo infer͛ ꝙ ꝑdicatio significata in secũdis intentionibus disparatis exerce͛ in p̃mis intentiõibꝰ. vt ista. genus ꝑdicatur de specie. exercetur in ista. homo est aĩal. ¶ Tercio infertur

contra aliquos ꝙ a p̄dicatiõe significata in intentiõibus secũdis ad p̄dicationẽ exercitam in primis nõ est cõsequẽtia formalis. q̄a stat antecedẽs esse verũ cõsequente existente falso.

His suppositis dicit̃ p̄mo ꝙ illud q̄d hic diffinitur p̄ diffinitiões generis nõ est res subiecta intentiõi, pbat̃ illis quatuor ratiõibus que posite sunt supra cõtra p̄mã oppinionẽ. Dicitur scd̃o ꝙ hic diffinitur intentio generis ꝯcretiue designata. Probat̃. q̄a illud q̄d hic diffinit̃ cui p̄ se inest diffinitio. sed hoc est tm̄ secũda intentio. eo ꝙ in diffinitiõe ponũt̃ p̄dicata intentionalia. que p̄ se p̄mo insunt intentioni ꝛ rei subiecte p̄ accidẽs. igit̃ ꝛ cetera. Dicit̃ tercio ꝙ illud cui cõuenit actus exercitus correspõdẽs actui significato p̄ diffinitionẽ est res subiecta intentioni ꝛ nõ secũda intentio. Patet. q̄a intentio generis nõ p̄dicat̃ in q̄d p̄dicatiõe exercita nisi de differentibus numero. licet denominatiue possit p̄dicari de differentibus genere. vt dicẽdo animal est genꝰ color est genus. ꝛ cetera. ¶ Et ad ratiões alteriꝰ oppinionis respõdet̃. Ad p̄mã igit̃. ꝙ licet intentio generis nõ sit q̄d rei cũ sit accidẽs eius. tñ p̄dicatur p̄dicatione significata in q̄d de re. ¶ Ad scd̃am dicit̃ ꝙ licet intẽtio nõ p̄dicet̃ p̄dicatõe exercita in q̄d nisi de differentibus numero, tamẽ p̄dicatione significata bene p̄dicat̃ de differentibus specie. ¶ Ad terciã dicit̃ negando antecedẽs. Et ad p̄bationẽ dicit̃ ꝙ licet in absolutis vnũ disparatũ nõ potest diffiniri p̄ aliud. tamẽ in relatiuis. cuiusmodi sunt genus ꝛ species hoc fieri potest. ¶ Ad q̄rtã igit̃ dicit̃ ꝙ intẽtio generis est relatio rationis. relatiões aũt solent diffiniri p̄ fundamentũ ꝛ terminũ. Inde est ꝙ specie q̄d importat terminũ relatiõis generis supponit p̄ fundamẽto. Nec est incõueniẽs in diffinitiõibus relatiuorum poni aliq̄d ꝙ sit alteriꝰ rationis ad ip̄ãs. ¶ Ad cõfirmationẽ dicit̃ ꝙ p̄cessus purphirij dat̃ in manifestioribus nobis. ꝛ ita exemplificat p̄ p̄mas intentiões. non q̄a de eis determinent diffinitiões. sed q̄a p̄ eas cognoscunt̃ scd̃e intentiões. Dicit̃ vltra ꝙ dedit cõuenientiã generis scd̃o modo dicti cum alijs. q̄a illud est fundamentũ intentionis generis quam per se considerat.

Scd̃a difficultas Utrũ diffinitio generis data in ratione p̄dicabilis sit q̄ditatiua aut descriptiua. Pro cuius solutione supponit̃ p̄mo ꝙ p̄ma diffinitio generis in qua dicit̃. genꝰ est cui supponit̃ species est sic intellegenda. Genus est natura cõmunis. siue vniuersale cui directe imediate ꝛ formalit̃ supponit̃ species. per hoc

ꝙ dicit̃ immediate excludit̃ indiuiduũ. q̄d licet ponat̃ sub genere. hoc tamen nõ est immediate. Et p̄ hoc ꝙ dicit̃ directe excludit̃ differentia que indirecte ponit̃ sub genere. Sed scd̃a diffinitio que dat̃ de eo in ratione p̄dicabilis est sic intelligẽda. Genus est vniuersale q̄d p̄dicat̃. id est aptum natũ est p̄dicari p̄dicatiõe significata immediate ꝛ directe de pluribꝰ differentibus specie in eo q̄d q̄d. ꝛ oẽs iste particule sunt determinate in similis. ¶ Scd̃o supponit̃ ꝙ duplex est diffinitio. scilicet diffinitio q̄d nois ꝛ diffinitio q̄d rei. Diffinitio q̄d nois est oratio explicãs q̄d p̄ nomẽ significatur. cuiusmodi est diffinitio chymere. ꝛ ista cõuenit tam entibꝰ q̄ȝ nõ entibus. Diffinitio q̄d rei est triplex. scilicet descriptiua. causalis ꝛ q̄ditatiua. Diffinitio descriptiua est q̄d est esse rei significans p̄ accidentalia. vt p̄ p̄priũ. ꝛ accidentia cõmunia. cuiusmodi sunt ista. homo est aĩal risibile. ꝛ homo est aĩal mansuetũ sociale bipes. ¶ Diffinitio causalis est oratio q̄d est esse rei per causas ip̄ius rei significãs. cuiusmodi est ista. homo est ens cõpositũ ex corpore ꝛ aĩa rationali. ¶ Diffinitio quiditatiua est duplex. q̄dam est pure quiditatiua. cuius oẽs partes pertinent ad quiditatẽ diffiniti. cuiusmodi est ista. homo est animal rationale. Alia est quiditatiua data p̄ additamẽta. cuiusmodi est diffinitio cuiuslibet relatiui. in qua cũ genere ꝛ differẽtia diffiniti additur aliquod extrinsecum diffinito. videlicet terminus ip̄sius relatiui. ¶ Diffinitio pure quiditatiua adhuc est duplex. Quedam est cuius omnes partes pertinent ad quiditatem diffiniti. sed nõ vt genus ꝛ differentia. vt diffinitiones generũ generalissimorum que dantur per ens ꝛ modũ intrinsecũ contrahentẽ ens ad ip̄as. Alia est que dat̃ per genus ꝛ differentiã. Et de ista communiter loquuntur autores. Unde boheetius dicens ꝙ sola species diffinitur loquitur de ista. ¶ Tercio supponitur ꝙ scd̃m scotũ quarto scripti ad hoc ꝙ aliquid proprie sit diffinibile diffinitione quiditatiua quinq̄ȝ conditiones requiruntur. Prima est ꝙ sit ens positiuũ. Per hoc excluduntur entia priuatiua. Secũda est ꝙ sit per se vnũ. ꝛ per hoc excluduntur entia per accidens. Et ratio huius est. quia diffinitio est sermo explicans essentiam rei. Sed ens per accidens nullam habet essentiam. igitur. Tercia est ꝙ sit ens reale. ꝛ per hoc excluduntur entia rationis. Et intellige de entibus rationis que solũ habẽt esse p̄ actũ intellectꝰ cuiusmodi sunt figmenta ꝛ intentiones secunde. Quarta ꝙ sit vniuersale. Et per hoc excluduntur singularia. Unde singularium non est diffinitio. demonstratio neq̄ȝ scientia. vt habet̃ primo posteriorum.



Quinta est ꝙ sit cõpositũ. ⁊ per hoc excluduntur simplicia simpliciť. Dicitur aũt cõpositũ qđ includit genus ⁊ differentiã. Ex qbus patet ꝙ diffinitio ꝓprie dicta est tm̃ entis positiui/ꝑ se vnıꝰ/realis ⁊ vniuersalis cõpositi realiter ex materia ⁊ forma. vel quantũ ad cõceptus. cuiusmodi sunt species accidentiũ. ¶ Quarto supponiť ꝙ dupplicia sunt diffinibilia. quedã sunt absoluta. vt homo ⁊ albedo. Et ista diffiniunť per ea que sunt omnino de quiditate sua. Alia sunt relatiua vt pater ⁊ filius. ⁊ illa diffiniuntur per aliquã que nõ sunt de quiditate. tamẽ de necessitate requirunť in diffinitione ad habendũ ꝯceptũ cõpletũ ⁊ ꝑfectũ ipoꝝ diffinibiliũ relatiuoꝝ. Et ratio huius est. qa sicut se habet res ad entitatẽ. ita se habet ad cognoscibilitatẽ. vt vult philosophus secũdo methaphisice. Sed sic est ꝙ relatiuũ necessario in essendo aut in entitate dependet a suo termino. ergo etiam in cognoscendo dependebit ab eo. ⁊ ꝑ cõsequẽs necessario est ponendus in diffinitiõe ipius relatiui.

His suppositis diciť ꝑmo scđz aliquos ꝙ diffinitio generis data in ratione ꝑdicabilis nõ est qditatiua. ſꝫ descriptiua. ꝓbant ꝑma ratione ante oppositũ. ¶ Sed cõtra istud arguitur. qa illa diffinitio que datur ꝑ ꝓpriũ genus ⁊ ꝓpriã differentiã est qditatiua. sed diffinitio generis est huiusmodi. igitur. Maior est nota ex ꝑdictis. Minor ꝓbať. qa in ea ponitur hoc relatiuũ qđ. dans intelligere suũ antecedens scilicet vniuersale qđ est genus diffiniti vt supra ꝓbatum est. Ponitur etiã ꝑdicari de pluribꝰ differentibus specie in eo ꝙ qd. qđ est qđdam cõplexũ ex pluribus differẽtijs ꝯuertibilibꝰ cũ diffinito. ¶ Unde nota ꝙ vniuersale diuiditur immediate ꝑ has differẽtias ꝑdicari in qd ⁊ ꝑdicari in quale. deinde ꝑdicari in qd si cõstituat aliqđ genus illđ nõ est nobis nominatũ. ideo diuidimꝰ ipã ꝑ ꝑdicari in qd de differẽtibꝰ specie. q̄ differentia cõstituit genus. Et predicari in qd de differentibus numero. que differentia cõstituit speciẽ. Dicitur ergo aliter ꝙ illa diffinitio generis est diffinitio quiditiua data ꝑ additamentũ. ⁊ hoc summendo diffinitionẽ qditatiuã cõmuniť ꝓut potest cõuenire tam ꝑmis intentionibus ꝙ̄ secũdis. Prima pars patet ꝑ rationẽ immediate tactã. Scđa pars patet. qa illa diffinitio datur ꝑ additamentũ. cuius aliqua pars est extrinseca ⁊ accidens diffinito. Sed diffinitio generis est huiusmodi. qa in ea ponitur iste terminus specie q̄ supponit ꝓ fundamẽto correlatiui generis. Illud aũt fundamentũ nullo modo ꝑtinet ad rationẽ generis. Dicitur tercio ꝙ illa diffinitio. nec etiam quecũqꝫ alia diffinitio logica est qditatiua

ꝓprie. Probať. qa diffinitio qditadiua ꝓprie dicta est solius entis realis. sed illa diffinitio nõ est entis realis. sed est entis intentionalis. igiť. Maior patet ex suppositis. Posset etiã ꝓbari. qa diffinitio ꝓprie dicta est oratio qd est esse rei significãs. vt habeť ꝑmo topicoꝝ. Sed entia ratiõis nõ habent qd. cũ nõ sint res nisi forte equocãdo de isto termino res. igiť nõ habẽt diffinitiões ꝓprie dictas. ¶ Si quereres quomodo ergo de ipis est sciẽtia. cũ diffinitio sit mediũ sciẽdi. Dico ꝙ eo modo quo sunt entia habent sufficiẽtẽ diffinitionẽ ad habendam sciẽtiã de ipis. que posset largo nomine dici quiditatiua.

cie. nec genere. vt patet per idem. ¶ Ad p̄mū dicit̄ ꝙ ꝓpriū potest cōside=
rari dupplicit̄. Vno modo ꝑ respectū ad speciē ꝑcise ⁊ absolute cōsidera=
tam. Et isto modo ꝓpriū nō est p̄dicabile respectu speciei. sed predicatū.
Est eñ regula alberti ꝙ nihil est predicabile respectu illius cū quo cōuer=
titur. Alio modo potest cōsiderari in ordine ad speciē multiplicatā per in
diuidua. Et isto modo ꝓpriū est predicabile respectu eius. qa species vt
sic nō est q̄ vnū. sed multa. ¶ Aliter potest dici ꝙ licet ꝓpriū dicatur im=
mediate de sua specie cuius ꝓpriū est. tamen mediate dicit̄ de indiuiduis
illius speciei. que sunt multa. ⁊ ratione illoꝝ habet rationē predicabilis.
Nec ad hoc ꝙ aliqd̄ sit p̄dicabile requirit̄ ꝙ predicet̄ immediate de plu=
ribus. sed sufficit ꝙ mediate vel immediate. Ad secundū dicit̄ ꝙ accidēs
semꝑ p̄dicatur de multis differentibus numero. ⁊ hoc est sibi essentiale.
Quādoq̄ȝ uūt p̄dicat̄ de differentibus specie aut genere. ⁊ hoc est sibi ac=
cidentale. Dicit̄ secūdo ꝙ ꝓpriū ⁊ accidens sunt p̄dicabilia ab inuicem di
stincta. Probat̄ qa habent diuersos modos p̄dicandi de diuersis subij=
cibilibus. Nā ꝓpriū p̄dicat̄ de suis subijcibilibus in quale accidentale. ꝑ
se accidens v̄o p̄dicat̄ de suis subijcibilibus in quale accidentale per ac=
cidens. Et si q̄rat̄. quō differunt subijcibilia proprij a subijcibilibus ac=
cidentis. Dicit̄ tercio ꝙ interdū subijciblia proprij sunt subijcibilia acci=

dentis. sed differunt. qa sunt subijcibilia proprij inquātū habēt particu
lares ꝓprietates. ⁊ sunt subijcibilia accidētis inquātū habēt particularia
accidentia. vt socrates ⁊ plato inquātū habēt particulares risibilitates.
sunt subijcibilia risibilis. Et inquātū habent particulares albedines sunt
subijcibilia albi. Et simili' inquātū habēt particulares hūanitates sunt
subijcibilia hoīs. Et ꝓut habēt particulares rationalitates sunt subijci=
bilia rationalis. ¶ Ex qbus elicit̄ ꝙ idem materialit̄ potest esse subijcibi=
le diuersoꝝ p̄dicabiliū. Dicit̄ scd̄o ꝙ aliqua sunt subijcibilia proprij. que
nec sunt aut possunt esse subijcibilia accidentis. Patet. qa particulares al
bedines sunt subijcibilia hui⁹ ꝓprij disgregatiuum visus. ⁊ tamē nō sunt
subicibicibilia alicuius accidentis. qa eis nō potest inesse aliqd̄ accidens
Nisi forte dicat̄ ꝙ sunt subijcibilia similis aut alicuius alteri⁹ relatiui. Sȝ
istud nō potest stare. qa vna albedo nō dicit̄ similis alteri albedini. ȝ sub
iecta habētia albedines dicunt̄ similia. ¶ Ex p̄dictis patet quō ꝓpriū re=
perit̄ tam in substātijs q̄ȝ in accidētib⁹. ⁊ habet subijcibilia tam in substā
tijs q̄ȝ in accidētib⁹. sed accidēs habet solū subijcibilia in substantijs.

Scd̄a difficultas qualiter sint in=

telligende diffinitiōes accidentis. Pro intellectu p̄me supponit̄ ꝙ adesse
⁊ abesse possunt accipi dupplicit̄. Vno modo p̄me intentionalit̄ vt ades=
se idem est ꝙ alteri realit̄ inherere. Alio modo accipiunt̄ scd̄e intentiona
liter. ⁊ tunc adesse idem est qd̄ p̄dicari accidentaliter ⁊ affirmatiue de aliq
⁊ abesse idem est qd̄ p̄dicari accidētalit̄ ⁊ negatiue. Et hoc modo possūt
accipi dupplit̄. Vno modo vt dicūt actū. Alio modo vt dicūt aptitudi=
nē. ¶ Hoc supposito dicit̄ ꝙ p̄ma diffinitio accidētis dupplicit̄ potest
exponi. Accidēs est natura cōmunis que nata est inesse. idest realit̄ inhe=
rere subiecto. Et abesse. id est nō inherere eidē subiecto ꝑter ip̄sius subiecti
corruptionē. Sed qa hec diffinitio sic exposita videt̄ cōuenire accidētib⁹
in abstracto designatis que nō faciūt p̄dicabile accidentis. Ideo alit̄ sic
exponit̄. Accidēs est vniuersale qd̄ potest adesse. id est affirmatiue p̄dicari
⁊ abesse. id est negatiue p̄dicari de subiecto ꝑter subiecti corruptionē. id
est ꝑter hoc qd̄ subiectū desinat supponere ꝓ aliquo. Nec aūt particula
pret̄ subiecti corruptionē debet det̄minare illud v̄bū abesse. ⁊ nō illd̄ v̄bū
adesse. Et ꝑ hoc soluit̄ argumētū qd̄ fit de morte ⁊ cōbustione. licet enim
mors ⁊ ꝯbustio nō possint adesse ꝑter subiecti corruptionē. tamē possūt
abesse. ¶ Scd̄o supponit̄ ꝙ inesse ⁊ nō inesse possunt etiā accipi dupplit̄
sicut adesse ⁊ abesse. Ex quo patet ꝙ scd̄a di[ff]initio potest exponi dupplit̄

.v. ꝓpa passio distinguunt̃. a. suo subto

cōformit̃ p̄me. Differūt aūt secūda ⁊ p̄ma. q̄a p̄ma dat̃ de accidēte in habitudine ad subiectū. que dicit̃ inherētia. Sed secūda dat̃ de accidente per cōparationē ad causam illius habitudinis a qua causa habet ꝙ possit eidem inesse ⁊ nō inesse. Ex eo aūt ꝙ cōtingent̃ causat̃ in subiecto. ⁊ nō fluit a ꝓprijs p̄ncipijs essentialibus eius potest sibi inesse. ¶ Tercio supponitur ꝙ tercia diffinitio accidētis dat̃ de accidēte in ordine ad alia p̄dicabilia. ⁊ debet sic intelligi. Accidēs est vniuersale qd̄ neq̄ ē genꝰ neq̄ species nec differētia nec ꝓpriū respectu subijcibiliū quoꝝ est accidēs. ip̄m autē naturalit̃ existēs. id est subsistēs semꝑ est in subiecto. Vel sic. semꝑ est in subiecto. id est aptū natū est esse. Dictū est aūt notant̃ respectu subijcibilium quoꝝ est accidēs. q̄a respectu suaꝝ partiū subiectiuaꝝ potest esse species aut genus. aut differētia aut ꝓpriū. vt albū respectu huius albi ⁊ illiꝰ est species. ⁊ respectu socratis ⁊ platonis est accidēs. Vnde nō est inconueniens in eodem fundamento in ordine ad diuersos terminos fundari diuersas intentiones predicabilium.

Tercia difficultas. Vtrū ꝓprium

Duplex Propriū

sit res distincta a suo subiecto. ¶ Pro cuiꝰ solutiōe supponit̃ p̄mo ꝙ duplex est ꝓpriū. qd̄dā extrīsecū qd̄ inseparabilit̃ inest suo subiecto. ꝫ nō ꝑ se. Et hoc modo scd̄m multos philosophos qualitates elemētoꝝ sunt eis ꝓpria. Aliud est ꝓpriū intrinsecū qd̄ insepabilit̃ ⁊ ꝑ se inest suo subiecto. ⁊ de isto est hic sermo. ¶ Scd̄o supponit̃ ꝙ ꝓpriū intrinsecū adhuc est duplex. qd̄dā est specīnocū qd̄ insequit̃ ꝓpria p̄ncipia speciei. ⁊ cōuertit̃ cum ip̄a specie. ⁊ de isto solū loquit̃ purphiriꝰ in textu p̄dicati. ⁊ in cōmunitatibus cū dicit ꝓpriū p̄dicari de vna sola specie cuius est ꝓpriū. ⁊ de specieꝝ indiuiduis. Aliud est ꝓpriū nō speciuocū. ⁊ istud est triplex. qd̄dā est transcendens qd̄ cōuertit̃ cū ente. sicut sunt vnū. bonū. aliqd̄ ⁊ verū. Aliud est limitatū qd̄ cōuertit̃ cū genere generalissimo. sicut susceptibile cōtrarioꝝ respectu substātie. Aliud est cōuertibile cū genere subalt̃no. Et istd̄ ē multiplex. scd̄m ꝙ sunt multa genera subalt̃na. ⁊ de oībus istis non loquitur purphirius q̄a in ip̄is nō fundat̃ intētio ꝓprij specialit̃ capti. nec faciūt p̄dicabile proprij de quo intendit purphirius.

Sufficiēs diuisio ꝓprij.

His suppositis dicit̃ p̄mo ꝙ ꝓpriū

Primū dictū.

extrinsecū est res realit̃ distincta a suo subiecto ⁊ p̄dicamentaliter. Prima pars patet. q̄a potest ꝑ aliquā potētiā realit̃ separari a suo subiecto. ergo realit̃ distinguit̃ ab eo. Cōsequētia est nota. Antecedēs patet. q̄a ꝑ potentiā dei absolutā potest substātia separari ab omī accidente sibi inherente

Scd̄a pars patet. q̄a subiectū eius est in p̄dicamēto substātie. ⁊ ip̄m est i p̄dicamēto qualitatis aut quātitatis. sicut quātitas que est ꝓpria corpi. Dicit̃ secūdo ꝙ omē ꝓpriū intrinsecū est eadē res realit̃ cū suo subiecto. Probat̃ quadruplicit̃. Primo. q̄a aliqd̄ ꝓpriū est idē realit̃ cū suo subiecto ergo omē ꝓpriū est idē realit̃ suo subiecto. tenet cōsequētia. q̄a eadē causa videt̃ esse in vno sicut in alio. Antecedēs patet. q̄a vnū qd̄ est ꝓpriū entis vt vult philosophus quarto metaphisice est idē realit̃ enti. Dicit em̄ philosophus ibidē ꝙ vnū ⁊ ens eadē naturā significāt. Et ibi cōmētator cōmento tercio cōtra auicennā ꝓbat vnū nō dicere aliquā rem p̄ter ens. Secūdo sic. Quecūq̄ eadē generatiōe generāt̃. ⁊ eadē corruptiōe corrūpunt̃ sunt vna res. sed subiectū ⁊ ꝓpria passio sunt huiusmodi. igit̃ Hāc rationē ponit philosophꝰ quarto methaphisice. vbi ꝓbat ens ⁊ vnū significare vnā ⁊ eandē rem. Tercio. id qd̄ scit̃ necessario inesse alicui subiecto. ita ꝙ oppositū eius inesse eidē subiecto includit cōtradictionē est idem realiter illi subiecto. sed qd̄libet ꝓpriū scit̃ necessario inesse suo subiecto sic ꝙ implicat oppositū eius inesse eidē. ergo qd̄libet ꝓpriū est idē realiter suo subiecto. Minor ꝓbat̃. q̄a si aliqd̄ ꝓpriū sciret̃ inesse nō necessario suo subiecto sequeret̃ ꝙ cōclusio demōstratiōis posset esse falsa. Cōsequēs est incōueniēs. igit̃ cōsequētia. Patet. q̄a ꝓpositio qua scit̃ ꝓpriū inesse suo subiecto est cōclusio demōstratiōis. si ergo sciat̃ inesse nō necessario poterit nō inesse. ⁊ si potest nō inesse ponat̃ ꝙ non insit tūc ꝓpositio enuncians ip̄m inesse erit falsa. Quarto sic. Quicqd̄ inest alicui circūscripto omī alio qd̄ nō est ip̄m est idē realiter illi. sed ꝓpriū intrinsecū inest suo subiecto circūscripto omī eo qd̄ nō est ip̄m subiectū. ergo est idem realit̃ sibi. Minor patet. q̄a circūscripto ab hoīe omī eo qd̄ nō est homo adhuc homo est risibilis. ergo risibile est idē realit̃ hoī. Dicit̃ tercio ꝙ ꝓpriū intrinsecū est in eodē p̄dicamēto in quo est suū subiectū. Ex quo sequit̃ ꝙ ꝓprie passiōes nō sunt in secūda specie qualitatis reponibiles. nisi forte passiōes scd̄arū specierū qualitates. Oēs aūt alie cōueniētes rebꝰ alioꝝ p̄dicamētoꝝ sunt in eisdē p̄dicamētis cū suis subiectis reductiue. sed nō ꝑ se ⁊ directe. Secūdo sequit̃ ꝙ diuisio accidētis que solet cōmunit̃ fieri in accidēs cōmune ⁊ ꝓpriū est diuisio vocis in suas significatōes. patet. q̄a nō dicit̃ vniuoce diuisum de diuidētibꝰ. ¶ Cōtra scd̄m dictū arguit̃ quadruplicit̃. Primo sic. Omē qd̄ scit̃ inesse alicui ꝑ aliqd̄ medium realit̃ distinguit̃ ab eo de quo scitur. sed proprium scitur inesse suo subiecto per medium scilicet ꝑ diffinitionem subiecti. igitur. Maior patet. quia alias idem sciretur de se ipso.

Scd̄m Dictū · *Terciū Dictū.*

Scđo sic. Om̄is causa realit̄ distinguit̄ a suo effectu. sed subiectū est causa suarū passionū. igit̄. Maior patet p̄ philosophū scđo de aīa dicentē q̄ nihil causat seip̄m. Et augustinū p̄mo de trinitate dicentē. Nihil gignit seipsum. Minor patet. q̄a diffinitio subiecti est mediū ad demōstrandum passiōes. sed mediū ꝛ causa idem sunt scđo posterioꝝ. igit̄. Tercio sic. qđ est in aliq̄ instanti in q̄ nō est aliud est distinctū realit̄ ab illo alio. Sed subiectū est in aliquo priori instanti nature in quo nō est suū ꝓpriū. ergo sūt abinuicē res distincte. Quarto sic. q̄cq̄d a nobis potest intelligi a deo potest ꝓduci. sed subiectū sine passione a nobis potest intelligi. ergo subiectū sine passiōe a deo potest produci ꝛ p̄ cōsequēs distinguūt̄ realit̄. Maior patet. q̄a dei potētia ꝓductiua excedit nostrā potentiā intellectiuam. Ad p̄mū dicit̄ negando maiorē. Et ad ꝓbationē dicit̄ q̄ nō est incōueniens idem realit̄ distinctū tamē formalit̄ sciri de ip̄o. Ad scđm dicūt aliqui argumētū cōcludere. ꝛ sic cōcedūt q̄ oīs sciētia est de obiecto habēte passiōes realiter distinctas ab eo. Et istud tenēt aliq̄ scotisantes sicut laudolphus. Aliter tamē dicit̄ q̄ duplex est causa. Quedā est causa in notificādo ꝛ cognoscēdo. ꝛ hoc modo diffinitio subiecti aut ip̄m subiectū est causa suarū passionū. ꝛ sic cepit philosophus causam p̄mo posterioꝝ. vbi dicit demonstrationem ex causis conclusionis. Et scđo posterioꝝ vbi dixit mediū ꝛ causam esse eadē. Alia est causa in ꝓducendo que realit̄ ꝓducit suū effectū. ꝛ isto mō subiectū nō est causa suaꝝ passionū. Ad terciū dicit̄ negando minorē. Licet em̄ subiectū sit prius natura sua passione. tamen ex hoc nō sequit̄ subiectū esse in aliquo instanti. in quo nō est ꝓpria passio. Nā prioritas nature nō est prioritas essendi. sed est prioritas intellectōis. Ad quartā dicit̄ q̄ maior forte est falsa. q̄a intellectus noster potest intelligere in potētia qua deus nō potest ꝓducere. Et ad ꝓbationem dicit̄ q̄ dei potētia ꝓductiua nec excedit potētiā nostrā intellectiuā. nec exceditur ab ea. q̄a nō sunt comparabiles.

Quarta difficultas. Utrū diuisio

accidētis in accidens separabile ꝛ accidēs inseparabile possit stare cū duabus p̄mis diffinitionibus accidentis. Et videt̄ q̄ nō. q̄a ex illis diffinitionibus habet̄ q̄ om̄e accidēs potest abesse aut nō inesse suo subiecto. ergo nullū est accidēs inseparabile. ¶ Pro solutione huius supponit̄ p̄mo q̄ hec diuisio nō est diuisio generꝭ in species. sed ē diuisio toti⁹ in mō i suas partes. Patet. q̄a idem in specie continet̄ sub vtroq̄ȝ membro diuisionis. Patet de calore q̄ respectu aque dicit̄ accidens separabile. ꝛ respectu ignis est accidens inseparabile. ¶ Secūdo supponit̄ q̄ dupliciter aliqđ

accidens potest dici inseparabile a subiecto. Uno modo scđm intellectū quia subiectū eius nō potest intelligi intellectiōe simplici sine eo. nec intellectione cōposita sub opposito eius. nec intellectione diuisa potest negari de suo subiecto sine implicatione contradictionis. ꝛ isto modo nullus est accidens inseparabile. Probatur. quia subiectū cuiuslibet accidentis potest intelligi sine eo ꝛ sub opposito eius. ꝛ etiam de eo potest negari accidens. igit̄. Et licet ꝓpositio negans accidēs de subiecto quādoq̄ȝ sit falsa. tamē nō est impossibilis. tum q̄a subiecto nō existente ip̄a est vera. vt patet de ista coruus nō est niger. tum q̄a extremoꝝ nō est necessaria vnio ergo eoꝝ est possibilis diuisio. Et om̄ia ista innuit purphirius in textu cū dicit q̄ coruus potest intelligi albus. ꝛ ethyops nitens candore. Alio modo accidens dicit̄ inseparabile realiter. ꝛ hoc dupplicit̄. Uno modo quia nō potest per quācūq̄ȝ potentiaꝝ a suo subiecto separari. ꝛ isto modo potest dici q̄ respectu potentie dei nullum est accidens inseparabile. Alio modo. q̄a nō potest per potentiā naturalem a suo subiecto separari Et hoc adhuc dupplicit̄er. Uno modo simpliciter sicut caliditas respectu ignis. Alio modo cum difficultate sicut nigredo respectu corui. aut respectu ethyopis. Unde narrat albertus q̄ si mutarent̄ p̄ncipia cōplexionalia corui. vtputa eius caliditas. que est mater nigredinis mutaret̄ eius nigredo. Unde si oua corui vngerent̄ aliquo sagimine frigido. cuiusmodi est sagimen catti aut auseris ꝛ ponerent̄ sub gallina i loco frigido. sic nascerent̄ corui albi. similit̄ si ethyopes ab vberibus educarent̄ in regiōib⁹ frigidis. cuiusmodi sunt septentrionales possent effici albi. Sed istud exēplū nō videt̄ multū ad ꝓpositū. q̄a ibi nō est separatio accidentis qđ inest. sed est impedimentū accidentis qđ inesset ne insit. Unde ille q̄ vngit oua corui nō separat a coruo nigredinē. sed impedit ne coruo insit nigredo. Istud tamē sufficit ad ostendendū qđ illud accidens non inest sit suo subiecto sicut ꝓpria passio suo subiecto. q̄a nulla potentia possit impedire quādo ꝓpria passio insit suo subiecto. Esset igitur dubiū de coruo existente nigro vtrum ab eo possit separari nigredo. sic q̄ penne eius q̄ sunt nigre fierent albe. hoc aūt naturaliter est impossibile.

His suppositis dicit̄ primo q̄ diui

sio accidentis bene stat cū duabus primis diffinitionibus eiusdē. patet q̄a licet aliqđ accidens dicat̄ inseparabile realiter. q̄a per potentiā naturalem nō potest separari. tamen om̄e accidēs est separabile p̄ intellectū. ꝛ p̄ cōsequēs om̄e accidens abest aut cōtingit nō inesse suo subiecto. Ex quo

patet differētia int̄ ꝓpriū ⁊ accidēs. quāuis eñ subiectū ꝓprij possit intel-ligi sine eo. nō tamē potest intelligi sub opposito ei⁹. nec de eo potest ne-gari ꝓpriū sine repugnātia cōceptuū aut implicatiōe cōtradictiōis. Dici-tur scḋo ꝙ in p̄ma diffinitiōe ly abest dicit aptitudinē ꝓpositiōis negati-ue nō implicantis cōtradictionē. ita vt sit sensus. Accidens est vniuersale qḋ adest. id est aptū natū est p̄dicari affirmatiue. ⁊ abest. id est aptū natū est p̄dicari negatiue sine cōtradictiōis implicatiōe p̄ter subiecti corrupti-onē. Et sīr debet exponi illa particula nō inesse q̄ ponit̄ i scḋa diffinitione

Quīta difficultas Utrū inesse seu

inherētia accidēt' sit de essentia ip̄i⁹. ¶ Pro cui⁹ solutiōe supponit̄ p̄mo ꝙ accidēs potest accipi dupplicit̄. Uno modo ꝓ eo qḋ ꝑ se significat. scili-cet ꝓ intētiōe fundata in re que nata est inesse alij transmutat̄ scḋm qntū modū essendi in. Alio modo accipit̄ pro eo qḋ denomiat scilicet ꝓ illa re habēte esse in alio. ¶ Scḋo supponit̄ ꝙ dupplex est inesse accidētis. qḋdā est inesse actuale quo actualit̄ vnit̄ suo subiecto. Aliud est inesse aptitudi-nale quo accidēs aptitudinalit̄ vnit̄ suo subiecto. ¶ Tercio supponit̄ ꝙ aliud est esse de essentia alicuius ⁊ esse idē essentialit̄ alicui. Patet. qa solū illud est de essentia qḋ p̄dicat̄ de eo in p̄mo modo dicēdi ꝑ se. sed illud est idem alicui essentialit̄ qḋ p̄dicat̄ scḋo modo dicēdi ꝑ se. Ex quo sequitur ꝙ hec cōsequētia nō valet. passio est essentialit̄ suo subiecto eadē. ergo est de essentia subiecti. qa fit fallatia cōsequētis. hec ecōtra bene valet.

His suppositis dicit̄ primo ꝙ esse

seu inherētia est de essentia accidētis p̄mo modo sumpti. Et hoc exponē-do sicut exponebat̄ in diffinitiōib⁹. qa ponit̄ in diffinitiōe qditatiua eius. Dicit̄ scḋo ꝙ nec inesse actidētale nec apcitudinale est de essentia acciden-tis scḋo modo sumpti. licet inesse aptitudinale sit essencialit̄ idem ipi. Pri-ma pars patet. qa nullus respectus est de essentia sui fundati. sed vtrūqꝫ inesse siue actuale siue aptitudinale est respectus in accidēte scḋo mō sum-pto fundatus. igit̄ ⁊c. ¶ Scḋa pars patet. qa ois passio est eadē essētiali-ter suo subiecto. sed inesse aptitudinale est passio accidentis. igit̄ ⁊ cetera. Dicit̄ tercio ꝙ inesse actuale nō est idē realit̄ accidēti absoluto. licet sit idē accidēti respectiuo. Prima pars patet. qa accidēs absolutū potest esse ⁊ nō inherere actualit̄. ergo est realit̄ distinctum a suo accidēte. Antecedēs patet in sacramēto altaris. Scḋa pars patet. qa impossibile est accidens respectiuū esse ⁊ nō inesse actualit̄. ergo inesse actuale est idē realit̄ acciden-ti respectiuo. tenet cōsequētia. qa illud est idē realit̄ alicui sine quo aliud es

se implicat cōtradictionē. Antecedēs patet. qa inesse actuale est qdā respe-ctus. respectus aūt est realis habitudo int̄ duo extrema. sed remoto t̄mi-no ad quē ipius respectus remouet̄ respectus. ergo etiā remoto subiecto aut fundamēto destruitur ratio respectus.

Cōclusio respōsalis Propriū ⁊ ac

cidēs sunt p̄dicabilia ab inuicē distincta. ⁊ a purphirio sufficiēter diffini-ta. Hec cōclusio reliquit̄ ꝓbata ex predictis.

Ad ratōes ante oppositū. Ad pri

mā. Negat̄ antecedēs pro vtraqꝫ parte. Ad p̄mā ꝓbationē patet solutio ex dictis. Ad scḋam ꝓbationē dicit̄ ꝙ ꝓpriū est ꝓpriū respectu speciei cuꝫ qua cōuertit̄. ⁊ est cōmune respectu suoꝝ subijcibiliū. Ad ꝓbatiōes secun-de partis patuit quid sit dicendum.

Ad scḋam Negat̄ antecedēs. Ad

p̄mā ꝓbationē dr̄ negādo maiorē. Ad scḋam ꝓbationē dr̄ ꝙ formalit̄ nō est substātia nec accidēs. tamē realit̄ aliqḋ est substātia ⁊ aliqḋ est acci-dēs. Ad terciā ꝓbationē dr̄ ꝙ in diffinitiōe ꝓprij summit̄ accidere ɔmu-niter ꝓut idē ē qḋ nō p̄dicari i qd qditatiue. Ad q̈rtā ꝓbationē dr̄ negan-do ɔsequētiā. qa p̄dicabilia nō distinguūt̄ penes diuersa subijcibilia. ꝫ pe-nes diuersos modos p̄dicandi de eisdē aut diuersis subijcibilibus.

Ad terciā negatur antecedēs pro

vtraqꝫ sui parte. Et ad p̄mā ꝓbationē dicit̄ ꝙ hoc non sufficit. ꝫ cū hoc oporteret ꝙ ɔueniret sibi quādo nō est ad hoc qḋ esset ꝓpriū. Ad scḋam ꝓbationē dr̄ p̄mo ꝙ sicut ens nō facit aliqḋ p̄dicabile. sic nec ei⁹ passiōes faciūt aliqḋ p̄dicabile. qa om̄e p̄dicabile est natura limitata. ideo neget̄ ꝙ sint ꝓpria ꝓut hic accipit̄ ꝓpriū. Dicit̄ scḋo ꝙ licet passiones ɔuertibiles cū generib⁹ sint ꝓpria tñ purphiri⁹ nō diffinit nisi ꝓpriū qḋ ɔuertit̄ cum specie. ¶ Ad q̈rtā dicit̄ negādo antecedēs. Ad p̄mā ꝓbationē patet so-lutio ex scḋa difficultate. Ad scḋam ꝓbationē dr̄ negādo antecedēs cum sua ꝓbatiōe. formalit̄ eñ nō adest summēdo adesse scḋe intētionalit̄. Uel alit̄ dr̄ ꝙ in diffinitiōe accidēt' subiectū debet accipi ꝓ ente ɔpleto ⁊ ꝑfe-cto ex materia ⁊ forma. materia aūt nō ē ens ɔpletū ⁊ ꝑfectū. ideo non dr̄ esse subiectū forme. Et ad illḋ qḋ subiūgit̄ de partib⁹ integralib⁹ respōdet ph̄us in p̄dicamēt' ꝙ ꝑtes integrales nō sunt i suo toto sicut in subiecto

Ad qntā dicit̄ negādo antecedēs

intelligendo ea sicut dictū est. Ad cōfirmationē d̄r negādo antecedens ꝓ
p̄ma parte licet em̄ inesse ⁊ nō inesse cōtradicāt. nō tamē cōtingit inesse. et
cōtingit nō inesse. sed subcōtrariant̄. Ad aliā partem dicit̄ ꝙ illa diffinitio
dat̄ ꝑ negationē. que negatio licet scd̄m se nō declaret aliqd. tamē in ordi-
ne ad affirmationem aliquid declarat.

Commune est oi-bus predicari. ⁊ cettra.

Iste est secūdus tractatus huius libri. in quo purphiri⁹ dt̄minat de cō-
uenien tijs ⁊ differētijs p̄dicabiliū. ⁊ continet duodecim breuia capitula.
In p̄ma ponit vnā breuē cōclusionē tāgētē couenietiā oim̄ p̄dicabilium.
que est hec. Cōmune est oībus p̄dicabilib⁹ p̄dicari de pluribus. id est de
multis. Probat inductiue ⁊ exēplarit̄. qa genus p̄dicat̄ de specieb⁹ ⁊ de in-
diuiduis. ⁊ simili͛ differētia. species v̊o de indiuiduis. ⁊ ꝓprium de specie
cuius est ꝓpriū. ⁊ de indiuiduis illius speciei. ⁊ accidēs de specieb⁹ ⁊ indi-
uiduis. Exēplū p̄mi. vt animal p̄dicat̄ de equis ⁊ bobus ⁊ canibus. que
sunt eius species. ⁊ de hoc equo. ⁊ de hoc boue que sunt indiuidua. Exē-
plū secūdi. vt irrationale p̄dicat̄ de equis ⁊ bobus ⁊ eoꝝ indiuiduis. Exē-
plū tercij. vt homo solū p̄dicat̄ de particularibus hoībus. Exēplū quarti
vt risibile p̄dicat̄ de hoīe ⁊ particularib⁹ hoīb⁹. Exēplū qnti. vt nigrū p̄-
dicatur de specie coruoꝝ ⁊ de particularibus coruis. Et similiter moueri
de hoīe ⁊ de equo ⁊ eoꝝ particularibus. sed different̄. qa accidens separa-
bile primo ⁊ principalit̄ p̄dicat̄ de indiuiduis. ⁊ ex cōsequēti de specieb⁹.

Conueniēcia oīum p̄dicabiliū

Commune quidē est generi. ⁊ cetera.

Istd ē scd̄m caplm̄ hui⁹ tractat⁹ in quo purphiri⁹ ponit cōmunitates ⁊ ꝓ-
prietates gener̄ ⁊ differētie. Et diuidit̄ in duas ptes. In p̄ma ponit tres
cōitates. quaꝝ p̄ma est hec. Tā gen⁹ ꝙ differentia ꝯtinet multas species
tn̄ differētia nō ꝯtinet tot qt ꝯtinet gen⁹. ꝓbat. qa rationale nō ꝯtinet irra-
tionale. licet ꝯtineat hoīem ⁊ deū. Scd̄a ꝯmunitas ē Quecūq; p̄dicat̄ de
genere vt gen⁹ ē p̄dicāt de oīb⁹ sub eo ꝯtēt̄ sic etiā q̄cūq; p̄dicant̄ de diffe-
rentia vt differētia ē p̄dicāt de oīb⁹ ꝯtēt̄ sub ea. nā substātia ⁊ aiatū nō p̄-
dicāt solū de aīali ſ etiā de oīb⁹ specieb⁹ aīalis ⁊ de idiuiduis. ⁊ silr̄ rationale

Coītates geñis et dr̄ie.

Tercia cōmunitas. sicut destructo genere destruunt̄ om̄ia eius inferiora
sic destructa differentia destruunt̄ om̄ia cōtēta sub ea. Patet. qa sicut be-
ne sequit̄. Nullū animal est. ergo nullus homo est. vel. nullus equus est
Sic etiā bene sequit̄. Nullū rationale est. ergo nullū aīal qd̄ vtat̄ ratione
est. ¶ In secūda parte ponit sex ꝓprietates generis ⁊ differētie ꝑ quas dif-
ferunt ab inuicē. Prima est. Genus p̄dicat̄ de pluribus ꝙ sua differētia
diuisiua. Patet. qa animal p̄dicat̄ de hoīe. aue. serpente. sed quadrupes
qd̄ est differentia eius solū p̄dicat̄ de habentibus quattuor pedes. Secū-
da. Genus cōtinet potestatiue suas differentias diuisiuas. sed differentie
nō cōtinent ip̄m. Tercia. Genera sunt priora suis differētijs diuisiuis. ꝓ-
bat. qa destructo genere destruunt̄ sue differētie. sed nō econtra. Sublato
em̄ animali aufert̄ rationale ⁊ irrationale. sed differentie non auferunt ge-
nus. qa si om̄es differentie animalis defi cerent. adhuc potest intelligi
substātia animata sensibilis que est animal. Quarta. Genus p̄dicatur in
quid. ⁊ differentia p̄dicat̄ in quale. Quinta. Speciei est vnū genus tm̄. vt
hoīs animal. sed eiusdem speciei possunt esse plures differentie. vt hoīs
sunt iste differentie. rationale. mortale ⁊ discipline ꝑceptibile. Sexta. Ge-
nus habet modū materie. differentia v̊o habet modū forme. Ex quo se-
quit̄ ꝙ nō sunt vera materia ⁊ vera forma. Et subdiuidit purphirius ꝙ
p̄ter istas ꝓprietates ⁊ cōmunitates generis ⁊ differētie possunt adhuc
alique assignari. sed iste sufficiant.

Proprietates ge͞n et dr̄ie

Genus autē et species commune quidem.

Istud est terciū capitulū in quo purphirius ponit tres cōmunitates et
sex ꝓprietates generis ⁊ speciei. Prima cōmunitas ē. Gen⁹ ⁊ species p̄di-
cantur de pluribus in qd. Scd̄a est. Genus ⁊ species p̄cedūt natura ea de
quibus p̄dicantur in qd. Tercia. Genus ⁊ species sunt quedā tota respe-
ctu eoꝝ de quibus predicant̄. ¶ Prima ꝓprietas siue differentia est. Gen⁹
cōtinet species. sed species nō cōtinet genus. primā partē ꝓbat duppli-
citer. qa genus est in plus ꝙ species. ergo cōtinet speciē. Scd̄o qa genera
preiacere oportet ⁊ deinde diuidi speciuocis differentijs ⁊ p̄ficere species
ergo cōtinet species. qd̄ debet intelligi de cōtinentia potentiali ⁊ nō de cō-
tinentia actuali. ¶ Scd̄a ꝓprietas. genus est prius natura specie qa inter-
empto genere interimit̄ species. ⁊ nō ecōuerso. ¶ Tercia. posita specie po

Coītates et proprietates ge͞n et spē

nitur genus ⁊ nō ecōuerso. Quarta. Genera p̄dicant̄ vniuoce de specie. s; nō ecōuerso. Quinta. Genus abundat a specie in cōtinentia specierū. species vo abūdat a genere ꝓprijs differētijs. id ē p cōtinētiā actualē ꝓprie differentie ꝯstitutiue ipi' speciei. Sexta. Gen' potest esse generalissimū ⁊ nunq̄ specialissimū. ⁊ species potest esse specialissimū ⁊ nunq̄ generalissimū

Generis aūt ⁊ proprij comune. ⁊ cetera.

Istud est quartū capitulū huius tractatus in quo purphiri' determinat de cōmunitatibus ⁊ ꝓprietatibus generis ⁊ ꝓprij. Et p̄mo ponit tres cōmunitates. Quaꝝ p̄ma est ista. Genus ⁊ ꝓpriū semp cōsequūt̄ ad speciez. Probat. qa si homo est. animal est. ⁊ si homo est. risibile est. Scd'a. Gen' ⁊ ꝓpriū equalit̄ p̄dicant̄ de suis subijcibilibus. Probat. qa homo ⁊ bos sunt equaliter animal. Et catho ⁊ cicero sunt equaliter risibiles. Tercia. Genus ⁊ ꝓpriū vniuoce p̄dicant̄ de suis subijcibilibus. Et nota q' purphirius hic accipit p̄dicari vniuoce. put idē est qd' p̄dicari. vno nomie ⁊ vna ratiōe. siue illa ratio sit essentialis ⁊ q̄ditatiua subijcibilibus. siue non qa si caperet p̄dicari vniuoce pro p̄dicari quiditatiue dictū suū de ꝓprio nō esset verū. Scd'o ponit quasdā ꝓprietates seu differētias. Prima. Genus est prius ꝓpositiōe. pbat. qa oportet prius esse animal. deinde diuidi differētijs ⁊ ꝓprijs. Scd'a. Genus p̄dicat̄ de pluribus speciebus. sed ꝓpriū p̄dicat̄ solū de vna specie cuius est ꝓpriū. Et ex isto passu satis patet q' de intentiōe purphirij fuit qd' nō esset aliqd' ꝓpriū generis. Tercia. Propriū p̄dicat̄ cōuertibilit̄ de eo cui' est ꝓpriū. sed genus de nullo p̄dicatur cōuertibilit̄. Probat p̄mo scd'am partē. qa si homo est animal. non tamē sequit̄ cōuersio. si animal est. homo est. Scd'o ꝓbat p̄mā partē. qa si homo est. risibile est. ⁊ si risibile est. homo est. ¶ Quarta ꝓprietas. Propriū inest omi speciei cuius est ꝓpriū. ⁊ soli ⁊ semp. sed gen' nō inest omi speciei cuius est genus ⁊ semp. sed solū soli. Quinta. Interempta specie nō interimit̄ genus. sed ipa interempta intermit̄ ꝓpriū. ⁊ econtra.

Generis vo ⁊ accidentis. ⁊ cetera.

Istud est q̄ntū capitulū in quo purphirius ponit vnā q̄ditatē generis ⁊ accidentis. ⁊ quattuor differentias. Cōmunitas est hec. Tam gen' q̄ species accidēs p̄dicant̄ de plurib' sicut dictū est in p̄ncipio tractatus. ⁊ hoc etiā siue illud accidēs sit separabile vt moueri. siue inseparabile. vt nigrū. qd' p̄dicat̄ de coruis ⁊ ethyopibus ⁊ aliq̄b' inanimatis. Prima differentia. Genus est prius accidente. ⁊ accidens est posterius. Patet. quia genus est ante speciē. sed accidētia sunt posteriora specieb'. Nā si summatur accidēs inseparabile posterius est illo cui accidit. scilicet species q̄ sit ipm accidēs. igit̄ genus est prius accidente. ¶ Scd'a genera participantur equalit̄ ea que participāt. accidētia vo nō equalit̄. probat. qa intētionē ⁊ remissionē suscipit accidētiū participatio. generū vo minime. Et nota q' hec differentia sic debet intelligi. Genera nō p̄dicant̄ de suis subijcibilibus cū his aduerbijs magis ⁊ minus. accidētia vo p̄dicant̄ de suis subijcibilibus cū his aduerbijs magis ⁊ minus. Vnde cū dicit. genera participāt. summit̄ ibi actiuū p passiōe. Tercia. Accidētia p̄dicamētalit̄ subsistūt ⁊ habēt esse in indiuiduis. ideo sunt ipis posteriora. Sed genera ⁊ species sunt naturalit̄ priora indiuiduis substātie. Quarta differētia. Genera p̄dicant̄ in eo qd' qd' de eis que sunt sub ipis. Accidētia vo p̄dicātur in eo qd' quale vel quō se habet vnūqd'q;. Scd'm ꝓbat. qa aliq̄s interrogatus qualis est ethyops. respōdet qd' est niger. et quō se habeat. respōdet q' sedet vel ambulat.

Contigit aūt vnūquodq; aliorum. ⁊ cetera.

Istud est sextū capitulū in quo purphirius enumerat differentias oim p̄dicabiliū. Et p̄mo remouet quēdā errorē vel obiectionez que posset fieri circa p̄dicta. qa cū ipe fecerit cōparatiōes generis ad alia quatuor p̄dicabilia. videt̄ etiā q' qd'libet alioꝝ debeat habere quattuor cōparatiōes. Et sic cū sint q̄nq; p̄dicabilia erūt viginti cōparatiōes. Ad hoc respōdet purphirius q' gen' habet quattuor ꝯpatiōes ⁊ differētia tres. species duas. ꝓpriū vnā. ⁊ sic sunt tm̄ decē. Declarat istd'. qa gen' differt a differētia. ꝓprio ⁊ accidēte ideo habet q̄ttuor differētias. Sed differentia habet tres differētias a posteriori. scilicet ꝓpriū speciē ⁊ accidens. Eā vo quā habet ad gen' pri' enumerat q̄n ꝯpat̄ gen' ad ipaz. Species aūt habet duas. scilicet ꝓpriū ⁊ accidēs. ⁊ due sunt enumerate q̄n ꝯpabat̄ ad gen' ⁊ ad differētiā. Propriū aūt habet tm̄ vnā scilicet ad accidēs. Alie tres sunt enumerate quando comparabantur alia predicabilia ad ipsum.

¶ Ex quibus cōcludit numerū differentiarū p̄dicabiliū dicens ꝙ sumpt[e] quattuor differentijs generis ad alia. differentie tribus. speciei duabus ⁊ vnā ꝓprij ⁊ accidentis erūt tm̄ decē differētie p̄dicabiliū. quaꝝ quattuor que sunt generis ad alia p̄licabilia superius demōstrauim⁹. ideo reliquorum oportet alias demonstrare.

Commune igitur differentie ⁊ speciei ⁊cetera.

Istud est septimū capitulū. in quo purphirius ponit cōmunitates ⁊ differentias differentie ⁊ speciei. Et p̄mo ponit duas cōmunitates. Quarū prima est hec. Cōmune est differentie ⁊ speciei equalit̄ participari a suis subijcibilibus. Probat. q̄a particulares hoīes equalit̄ participāt hoīem ⁊ rationale. ¶ Scd̄a. Cōmune est differētie ⁊ speciei semp adesse his que participāt hoꝝ. ꝓbat. socrates semper ē rationalis ⁊ homo. ¶ Scd̄o ponit quattuor differentias. Prima. Species p̄dicat̄ in eo ꝙ qd. Differentia v̄o p̄dicat̄ in eo qd̄ quale. Deinde mouet obiectionem dicens ꝙ si homo accipiat̄ vel vt qualitas eo ꝙ est cōmunis. nō tamē est simplicit̄ qualitas. nec etiā rationale est qualitas. sed pro tanto dicit̄ rationale siue differentia qualitas. q̄a adueniens generi cōtrahit genus cōstituēdo speciē ¶ Scd̄a. Differentia p̄dicat̄ de pluribus speciebus. vt quadrupes. sed species solū p̄dicat̄ de pluribus indiuiduis. Tercia. Differētia est prior sua specie. Probat. q̄a ablato rationali auferet̄ homo. sed ablato hoīe non aufertur rationale. cū adhuc sit deus. ¶ Quarta. Vna differentia ꝯiungitur cū alia ad constituendū speciē. sicut rationale ⁊ mortale cōiungunt̄ ad cōponendū hoīem. sed vna species cōponit̄. id est cōiungitur alteri specie. vt generet aliquā speciē. ⁊ licet quedā equa ꝑmisceat̄ cuidā asino ad generationem cuiusdā muli. eque v̄o similiter. id est scd̄m speciem coniuncto asino in cōmuni nunq̄ꝫ perficiet mulum.

Differētia v̄o ⁊ proprium commune quidem.

Istud est octauū capitulū huius tractatus. in quo purphirius ponit cōmunitates ⁊ differentias differentie ⁊ ꝓprij. Et p̄mo ponit duas cōmunitates. Quarū p̄ma est hec. Cōmune est ꝓprio ⁊ differētie equalit̄ participari a suis subijcibilibus. Probat. q̄a particulares hoīes equalit̄ sunt rationales ⁊ equalit̄ sunt risibiles. Scd̄a cōmunitas. Differētia ⁊ ꝓprium semp cōueniūt suis subijcibilibus ⁊ oībus. ꝓbat. de differētia. Primo q̄a licet curtet̄ bipes. id est abscindat̄ alicui vnus pes ita ꝙ sit nō bipes actualiter. tamē semp est aptus natus esse bipes. ⁊ sic bipes qd̄ est differentia hoīs semp adest hoī. Probat scd̄o de ꝓprio. q̄a risibile. qd̄ est aptitudo ad ridendū semp inest hoī licet actus ridendi nō semp insit. Scd̄o ponit duas differētias. Prima est. Differētia semp p̄dicat̄ de pluribus specieb⁹ vt rationale p̄dicat̄ de hoīe ⁊ de deo. sed ꝓpriū p̄dicat̄ de vna sola specie scilicet de illa cuius est ꝓpriū. Scd̄a differētia. Differētia sequit̄ species q̄ꝝ est differētia. ⁊ nō ecōtra. Propriū v̄o sequit̄ ad speciē cuius est ꝓprium ⁊ econtra. qd̄ patet. q̄a bene sequit̄ homo est. ergo risibile est. ⁊ risibile est. ergo homo est.

Differentie autē ⁊ accidēti cōmune. ⁊ cetera.

Istud est nonū capitulū in quo purphirius ponit cōmunitates ⁊ ꝓprietates differentie ⁊ accidentis. Et p̄mo ponit vnā cōmunitatē que est. Cōmune est differētie ⁊ accidēti inseparabili adesse semp ⁊ oībus. ꝓbat. q̄a bipes semp inest coruis. ⁊ similit̄ nigredo qd̄ est accidēs inseparabile semp adest oībus coruis. ⁊ hoc summēdo bipes aptitudinalit̄. ¶ Secundo ponit ꝓprietates. Quaꝝ prima est. Differētia cōtinet speciē ⁊ non cōtinet̄ ab ea. vt rationabilitas cōtinet hoīem: sed licet accidētia quoddā modo cōtineāt. eo ꝙ in pluribus sunt. tamē p̄ncipalius continent̄. eo ꝙ subiectū nō est solū susceptile vnius accidentis. sed plurimoꝝ. Secunda differentia est. Differentia nō est intensibilis ⁊ remissibilis. id est nō suscipit magis ⁊ minus. Tercia differentia est. Differentie contrarie de genere substantie nō ꝑmiscent̄ in aliquo tercio. sed accidētia cōtraria bene ꝑmiscent̄. sicut caliditas ⁊ frigiditas in tepido. ¶ Cōsequenter recapitulat dicens ꝙ iste sunt cōuenientie ⁊ ꝓprietates differentie ab alijs p̄dicabilib⁹ ⁊ etiā speciei ad genus vel differentiā inquantū dictū de differentia generis ⁊ differentie ad speciem. ideo nō restat nisi dicere de differentia speciei ad proprium ⁊ accidens.



Speciei autem et proprij. ⁊ cetera.

Illud est decimū capitulū in quo purphirius ponit cōmunitates ⁊ proprietates speciei ⁊ ꝓprij. Et p̄mo ponit duas ꝓprietates. Quaꝝ p̄ma est hec. Cōmune est ꝓprio ⁊ speciei de seinuicē ꝯuertibilit̄ p̄dicari. Probat. q̄a si homo est. risibile est. ⁊ si risibile est homo est. Scd̄a cōmunitas est. Species ⁊ ꝓpriū equalit̄ participant̄ a suis subijcibilibus. ¶ Prima proprietas est. Species potest esse genus aliaꝝ specierū. sed ꝓpriū vnius speciei nō potest esse ꝓpriū aliaꝝ specieꝝ. Scd̄a ꝓprietas. Species est prior ꝓprio. Probat. q̄a oportet esse hominē vt sit risibile. Tercia. Species semper adest actu suis subijcibilibus. Propriū v̄o non semꝑ adest actu suis subijcibilibus. sed potestate tm̄. Probat. q̄a socrates semꝑ est actu homo. sed nō semper ridet licet sit naturalit̄ semꝑ risibilis. Quarto. Proprietates diffinitiōis speciei ⁊ ꝓprij differūt. ergo ꝓpriū ⁊ species differūt. tenet cōsequētia. q̄a quoꝝ termini. id est diffinitiōes sunt differētes. ip̄a sūt differētia. Antecedēs ꝓbat. q̄a diffinitio speciei est esse sub genere. ⁊ de pluribus numero differentibus in q̄d p̄dicari. Sed diffinitio ꝓprij est vni soli ⁊ semper adesse.



Speciei v̄o ⁊ accidentis. ⁊ cetera.

Istud est vndecimū capitulū in quo purphirius ponit cōmunitates et ꝓprietates speciei ⁊ accidētis. Et p̄mo ponit vnā cōmunitatē que est hec. Cōmune est speciei ⁊ accidēti p̄dicari de pluribus. Et subdit q̄ rare. id ē pauce sunt alie cōmunitates eo q̄ accidēs. ⁊ illud cui accidit scilicet species plurimū distāt. id est differūt. Scd̄o ponit quatuor ꝓprietates. quaꝝ p̄ma est hec. Species p̄dicat̄ de suis inferioribus in q̄d. Accidēs v̄o p̄dicatur in quale vel quodā alio modo. scilicet in quātū aut in quottū de suis subiectis. Scd̄a ꝓprietas. Vni⁹ indiuidui est tm̄ vnica species. sed eius possunt esse plura accidētia tā sep̄abilia q̄ insepabilia. Tercia ꝓprietas. Species ē prior accidēte. Probat. q̄a oportet subiectū esse vt illi aliq̄d accidat. s₃ accidētia sunt posteriora ⁊ aduenticijs nature. Quarta ꝓprietas. Species participat ⁊ equalit̄. id est sine susceptiōe magis ⁊ min⁹ a suis in

diuiduis. s₃ accidēs tā sep̄abile q₃ insep̄abile suscipit magis ⁊ min⁹. Probat. q̄a ethyops habet colorē scilicet nigredinē intēsiorē ⁊ remissiorē alio ethyope. Et subiūgit q̄ restat igit̄ dicere de ꝓprio ⁊ accidēte. q̄a dictuz est quō ꝓpriū differt a specie. differentia a genere.



Commune autem proprij ⁊ accidētis. ⁊ cetera

Illud est vltimū capl'm. in quo purphiri⁹ ponit cōitates ⁊ ꝓprietates ꝓprij ⁊ accidētis. Et p̄mo ponit duas cōitates. Quaꝝ p̄ma est hec. Cōmune est ꝓprio ⁊ accidēti insep̄abili. q̄a subiecta eoꝝ nō subsistāt. id est nō existunt sine eis. q̄a sicut homo non subsistit sine rationale. ita ethyops nō subsistit sine nigredine. Scd̄a. Cōmune est ꝓprio ⁊ accidenti inseparabili adesse semꝑ in subiecto ⁊ vnico omi ꝓtēto sub subiecto. Scd̄o ponit tres ꝓprietates. Quaꝝ p̄ma est. Propriū inest soli speciei. sed accidens inseparabile inest pluribus. patet q̄a nigrū inest ethyopi. coruo. carboni ⁊ hebeno. id est illi lapidi. Scd̄a. Propriū ꝯuersim p̄dicat̄. accidēs aūt nō. Tercia. Propriū equalit̄ p̄dicat̄. sed accidētia suscipiūt magis ⁊ minus. ¶ Cōsequent̄ se excusat de ampliori enumeratione cōitatū ⁊ ꝓprietatū istorum q̄nq₃ p̄dicabiliū dicens q̄ quāuis possent reperiri alie cōmunitates ⁊ ꝓprietates istoꝝ q̄nq₃ p̄dicabiliū. tamē hec que dicata sunt sufficiūt ad cognitionem ⁊ etiam distinctionem ipsorum.

Circa hunc textū querit̄. Utrum

cōuenientie ⁊ differentie q̄nq₃ predicabiliū sint a purphirio in textu sufficienter assignate.

Et arguitur primo q̄ nō. ⁊ hoc cō

tra p̄mā partē differentiā generis ⁊ differentie. q̄a genus nō p̄dicat̄ de pluribus q₃ differentia. ergo in hoc genus ⁊ differentia nō differunt. Antecedens patet. q̄a sensibile quod est differentia p̄dicat̄ de tot de quot predicatur animal quod est genus.

Scd̄o arguit̄ cōtra p̄mā differētiā

generis ⁊ speciei. q̄a genus est prius specie de qua p̄dicat̄. ergo nō sequit̄ ad speciē. ⁊ ꝑ cōsequēs gen⁹ ⁊ ꝓpriū nō ꝯueniūt in hoc q̄d est seq̄ ad speciē

v. intēciões vniu'saliū possint i idē ɔicidere.

Arguit̄ tercio cōtra cōmunē cōuenientiā oīm p̄dicabiliū. q̄a genus differt ab alijs p̄dicabilib' p hoc qḋ ē predicari de plurib'. ergo hoc nō est cōmune omibus p̄dicabilibus. Et cōfirmat̄. q̄a aliqua sunt p̄dicabilia que nō solū p̄dicant̄ de pluribus. vt sol. luna ⁊ mundus. ergo p̄dicabilia cōueniūt in hoc quod est p̄dicari de pluribus.

Arguit̄ quarto. Propriū nō p̄dicatur vniuoce de suis subijcibilibus. ergo genus ⁊ p̄prium nō cōueniūt in hoc qḋ est p̄dicari vniuoce. Antecedens probat̄. Primo. q̄a p̄priū p̄dicatur denominatiue. ergo nō p̄dicat̄ vniuoce. tenet ɔsequētia p locū ab oppositis. Scḋo. q̄a p̄dicari vniuoce est p̄dicari vno noīe ⁊ vna ratiōe. s₃ p̄priū nō p̄dicat̄ vna ratione. cū nō habeat rationez. q̄a ratio est diffinitio cōposita ex genere ⁊ differentia. p̄priū aūt nō habet genus ⁊ differentiaz igit̄. Tercio. q̄a p̄dicari vniuoce ⁊ p̄dicari q̄ditatiue. sed p̄priū nō p̄dicat̄ vniuoce. igitur.

Quito sic. Predicta p̄dicabilia coincidūt in eodē. g̃ male ponunt̄ differētie eorū. Antecedēs patet p̄mo. q̄a coloratū est genus albi ⁊ qualitatis. species ⁊ accidens parietis. Secūdo q̄a rationale est differētia hoīs. ⁊ species huius rationalis ⁊ illius. Tercio mobile est genus augmētabilis ⁊ diminuibilis alterabilis ⁊ loci mutabilis ⁊ p̄priū corporis naturalis. Quarto. q̄a oīa p̄dicabilia sunt species vniuersalis. igitur.

In oppositū arguit̄ auctoritate purphirij ponētis illas cōueniētias ⁊ differentias. ¶ Pro solutione questionis ⁊ declaratione textus precedentis mouent̄ alique difficultates.

Prima difficultas. Utrū q̄nq₃ intentiones vniuersaliū possint in idem incidere. ¶ Pro cuius solutiōe supponit̄ p̄mo q̄ intentiones vniuersaliū in idem coincidere potest dupliciter intelligi. Uno modo potest intelligi q̄ coincidunt in idem denomiatiue ⁊ actualit̄. Et hoc dupplicit̄. Uno modo quādo coincidūt in idē respectu eiusdē. Alio modo quādo coincidunt in idē respectu diuersorum. ¶ Scḋo supponit̄ q̄ plures secūde intentiōes coincidere in idem adhuc

dupliciť potest intelligi. Uno modo q̄ coincidēt in aliq̄ p̄dicato quiditatiue dicto de eis. cuiusmodi est hoc p̄dicatum scḋa intentio vel vniuersale respectu istoꝝ q̄nq₃ p̄dicabiliū. Alio modo q̄ coincident in aliq̄ p̄dicato dicto denominatiue de eis p̄ quanto habēt rationem obiecti super qḋ natū est fundari illud p̄dicatum.

His suppositis dicit̄ p̄mo q̄ nec q̄nq₃ intētiões vniuersaliū nec aliq̄ eaꝝ coincidūt in idē q̄ditatiue ⁊ essentialiter. Patet. q̄a nō p̄dicant̄ q̄ditatiue de seinuicē. Dicit̄ scḋo q̄ plures scḋe intentiões vniuersaliū possunt coincidere in idem respectu diuersoꝝ. sed nō respectu eiusdē denomiatiue ⁊ accidētalit̄. Prima pars patet q̄ iste itētiones genus. species ⁊ accidēs coincidūt in colorato scḋm qḋ cōparat̄ ad albū ⁊ nigrū ad quale ⁊ ad parietē. Nā scḋm p̄mā operationē dr̄ gen' ⁊ scḋm scḋam dr̄ species. ⁊ scḋm terciā dr̄ accidēs. Dicit̄ tercio q̄ oēs intētiões vniuersaliū coueniūt q̄ditatiue ⁊ essentialit̄ in hoc p̄dicato vniuersale. vel in illo p̄dicato scḋa intētio. Dicit̄ q̄rto q̄ oēs intētiões vniuersaliū cōueniūt denomiatiue ⁊ accidētalit̄ in illo p̄dicato species. patet. q̄a q̄libet intentio vniuersaliū potest accipi p modū obiecti p̄dicabilis de pluribus differētib' numero. ergo q̄libet intētio vniuersaliū potest esse fundamentū huius intētionis species. Ex quo sequit̄ q̄ in hac p̄positione species est species potest esse p̄dicatio denomiatiua. ergo in illa genus est genus est p̄dicatio denomiatiua. patet. q̄a in ista gen' est gen' est p̄dicatio denomiatiua. ergo in illa. species est species. tenet cōsequētia. q̄a sicut per p̄mā denotat̄ gen' esse aliqḋ dicibile de plurib' differētib' numero. ita etiā per scḋam denotat̄ speciē esse aliqḋ dicibile de plurib' differētib' numero Scḋo sequit̄ q̄ in secūdis intētiōib' idē potest p̄dicari denominatiue de seipō. ¶ Sed circa ista posset queri vtrū risibile ⁊ cōsimiles passiões possunt dici species ⁊ p̄pria. Ad qḋ dr̄ vno mō q̄ sunt vere species ⁊ etiā propria. patet. q̄a ponūt̄ in scḋa specie q̄litatis. igit̄ sunt species qualitatis. Sed q̄a dictū est super' q̄ p̄prie passiões sunt eedē realit̄ suis subiectis p se ⁊ directe. Et ideo alit̄ dicēdū est q̄ duplex est species. quedā est species subijcibilis que alicui generi per se ⁊ directe supponitur. ⁊ isto modo risibile non est species. Patet. quia risibile non supponitur alicui generi directe ⁊ p se. quia vel illud esset animal vel naturalis potentia Non animal quia animali per se ⁊ directe supponitur homo. Propriū autē ⁊ species cui' est p̄priū nunq₃ eidē generi eodē modo supponūt̄. nec naturalis potētia. q̄a risibile nō est qualitas. igit̄ nō est naturalis potētia. Alia est speci

v. passiões possint dici spēs et p̄p̄a.

duplex spēs. subicibil[is] / p̄dicabil[is]

no. fuit hec eo nõ existẽte. socrates ẽ homo
socrates ẽ ronalis

es p̄dicabilis. ꝛ est q̇ditas q̄ apta nata est p̄dicari de differẽtib⁹ numero in quid ꝛ nulli generi est directe supposita. ꝛ isto mõ risibile ꝛ cõsimiles passiones sunt species p̄dicabiles. Unde risibile p̄dicat̃ de hoc risibili ꝛ de illo risibili. sicut species de indiuiduis. Et hoc supposito ꝙ ꝑ illa ꝓnomia demõstratiua hoc ꝛ illud demõstrant̃ particulares risibilitates ꝛ nõ particulares hoies. q̇a si demonstrarent̃ particulares hoies risibile p̄diceret̃ de eis sicut ꝓpriũ de suis subijcibilibus.

Scd̃a difficultas. Utruz socrate

nõ existẽte iste ꝓpositiões sint ꝯcedẽde. socrates est rationalis. socrates ẽ homo. Ad quã dicit̃ vno modo ꝙ nõ. Probat̃ multiplicit̃. Primo sic. q̇a socrate nõ existẽte ille sunt false ergo nõ sunt ꝯcedẽde. Antecedens patet. q̇a ois ꝓpositio cathegorica affirmatiua de inesse ꝛ de p̄senti in qua non ponit̃ termin⁹ ampliatiu⁹ cuius subiectũ pro nullo supponit est falsa. sed socrate nõ existente subiectũ illaꝝ ꝓpositionũ ꝓ nullo supponit cũ socrates nihil sit. igit̃. Et cõfirmat̃. q̇a scd̃m scotũ hec ꝓpositio. xp̄s est homo i triduo fuit falsa. ꝛ hoc nõ erat nisi q̇a subiectũ ꝓ nullo supponebat. igit̃. Scd̃o sic. Om̃e qd̃ est rationale ꝛ homo est cõpositũ ex corpe ꝛ aia rationali. sed socrates nõ existẽs nõ est cõposit⁹ ex corpe ꝛ aia rationali. igit̃ nõ est rationalis nec homo. Et minor patet. q̇a nõ est. ergo nõ est cõpositus tenet cõsequẽtia ꝑ locũ a toto in modo ad suã partẽ negatiue. Debet etiã valere illa consequentia scd̃m reales. quia ibi arguitur respectu predicati accidentalis. scilicet respectu illius predicati compositus. ¶ Tercio sic. Quia bene sequitur. Socrates est homo. ergo socrates est. Sed socrate non existente consequẽs est falsum. ergo ꝛ antecedens. Qꝛ aũt bene seq̇uat̃. patet. q̇a ibi arguit̃ a parte in modo ad suũ totũ. Quarto sic. socrates nõ existẽs nõ est ens. ergo nõ est homo. tenet ꝯsequẽtia a superiori ad inferi⁹ negatiue. Antecedẽs patet. q̇a socrates nõ existẽs nõ est aliq̇d. cuz nihil sit. ergo nõ est ens. Ista ꝯsequẽtia patet. q̇a aliq̇d ꝛ ens ꝯuertuntur. Quinto sic. Bene sequit̃. socrates nõ est homo. ergo socrates nõ est animal. corpus animatũ ꝛ corpus. Sed casu posito nõ est corpus. q̇a om̃e corpus occupat aliquẽ locũ. socrates aũt nõ existẽs nullũ locũ occupat. Sexto sic. Bene sequit̃. socrates est homo. ergo aliq̇s homo est socrates. sed cõsequẽs est falsum. q̇a suũ cõtradictoriũ est verũ. scilicet null⁹ homo est socrates. igit̃. ¶ Sed istis rationib⁹ nõ obstãtib⁹ alit̃ dicendũ est ꝙ ille ꝓpositiões sunt ꝯcedẽde. ꝛ eis opposite sunt negãde om̃i tempore. siue socrates sit siue nõ sit. ¶ Et ꝓ declaratiõe huius supponit̃ ꝙ ad veritatẽ ꝓpositiõis affirmatiue necessarie mere cathegorice nõ requirit̃ ꝙ subiectũ

60

existat. vl̃ ꝙ subiectũ supponat ꝓ re existẽte. ꝫ sufficit ꝙ sit necessaria habitudo p̄dicati ad subiectũ sic ꝙ sbiectũ i suo ꝯceptu q̇ditatiuo icludat p̄dicatũ. Vel sic ꝙ p̄dicatũ necessario cõsequat̃ rationẽ subiecti. Et si querat̃ i nq̇ fundat̃ illa habitudo. dicunt aliqui ꝙ fundat̃ in q̇ditatib⁹ que sunt incorruptibiles vel perpetue scd̃m esse. dicunt autem esse q̇ditatiuum. Alij dicũt ꝙ fundat̃ in esse cognito extremoꝝ talis ꝓpositiõis cathegorice. Ad hoc enim ꝙ talis ꝓpositio cathegorica sit vera sufficit ꝙ extrema sunt ꝓducta in esse cognito ab intellectu diuino ratione cui⁹ esse cogniti cõuenit eis possibilitas essendi. Et vnũ illoꝝ det̃minat sibi aliud tanq̇ p̄dicatũ q̇ditatiuũ. vel tanq̇ p̄dicatũ passionale. ¶ Sed ꝯtra hoc obijcit̃. q̇a ois relatio realis actualis p̄supponit extrema sui esse. sed habitudo est relatio realis actualis. igit̃ ꝛc̃. Dicit̃ ad minorẽ ꝙ ip̄a est falsa. tum q̇a cuz illa habitudo semꝑ sit int̃ ea q̄ sunt eadẽ realit̃. scilicet inter superi⁹ ꝛ inferi⁹ vel inter subiectũ ꝛ ꝓpriã passionẽ nõ potest esse relatio realis vt alibi dicetur. q̇a relatio realis req̇rit extrema realit̃ distincta. tum q̇a potest esse inter extrema nõ realia scilicet int̃ duas scd̃as intẽtiões. Et hoc supposito ꝓbat̃. q̇a vel ille sunt cõcedẽde. vel iste. socrates est nõ rationalis. socrates ẽ nõ homo. q̇a de quolibet affirmatio vel negatio. ꝛ de nullo ambo simul. ꝫ iste nõ sunt cõcedẽde vt notũ est. igit̃ p̄me sunt concedẽde. Et si dicat̃ ꝙ nec iste nec ille sunt cõcedẽde. Cõtra. ad istas in bona cõsequẽtia sequunt̃ alique que sunt cocedẽde. ergo ꝛ iste sunt cõcedẽde. Antecedens patet. q̇a bene sequit̃ socrates est nõ homo. ergo socrates nõ est homo. ab affirmatiua de p̄dicato infinito. ad negatiuã de p̄dicato finito. Et si dicatur ꝙ ad hoc ꝙ talis cõsequẽtia valeat oportet ponere cõstãtiã subiecti antecedentis. Cõtra respectu p̄dicati negatiui nõ oportet ponere cõstantiã subiecti Sed p̄dicatũ infinitũ est negatiuũ. igit̃. Qd̃ ꝓbat̃ auctoritate purphirij in textu dicentis. Semꝑ eñi socrates rationalis est ꝛ homo. Ibi eñi purphirius nõ addit aliquã cõditionẽ scd̃m quã cõmunit̃ eã exponũt nominales dicentes ꝙ debet sic intelligi. Socrates si est semꝑ est rationalis. ꝛ semꝑ est homo. sed hoc nõ valet. q̇a illo modo socrates semꝑ posset esse simus vel aquilus que sunt accidẽtia inseparabilia. ꝛ sic illud nõ debet cõuenire differẽtie ꝛ ꝓprio tm̃. sed etiã accidẽti inseparabili. Ad ratiões alterius opinionis. Ad p̄mã negat̃ antecedẽs. Et ad ꝓbationẽ dicit̃ negando maiorẽ. q̇a in ꝓpositiõib⁹ necessarijs hoc est falsum. Vel alit̃ dicit̃ ꝙ si subiectũ simplicit̃ pro nullo supponat videlicet nec habeat esse reale nec esse possibile. Maior est vera. Sed si pro nullo existẽte. supponit tamẽ ꝓ aliquo possibili existere sic ip̄a est falsa. Ad cõfirmationẽ dicit̃ ꝙ ꝓpositio

illa fuit falsa ꝓpter falsam rationē subiecti. qa cū iste terminus xp̄s sit sup
positū existēs ex duab' naturis: ⁊ qa in triduo nō erat tale suppositū. ideo
illa fuit falsa. Ad scḋm dicit' qa si iste terminus cōpositū cōnotat tēpus p̄
teritū vel p̄sens. tm̄ tūc maior est falsa. Et ad ꝓbationē minoris dicit' ne
gando ꝯsequētiā. Et ad ꝓbationē cōmunis dicit' ꝙ ille locus non tenet
quādo ꝯsequēs est ꝓpositio necessaria. Ad terciū dicit' negādo ꝯsequētiā
Et ad ꝓbationē dicit' ꝙ in ꝓpositiōib' necessarijs illa ꝯsequētia nō tenet
Ad quartū dicit' negādo antecedens. Et ad ꝓbationē dicit' ꝙ licet socra
tes nō sit aliq̄d existēs. tamē est aliq̄d possibile existere. ⁊ hoc sufficit. Ad
q̄ntū dicit' cōcedendo ꝯsequētiā. Et cū dicit'. nō est corpus. qa omne cor
pus occupat locū. Dicit' ꝙ nullū corpus dicit' occupare locū actualiter.
nisi qa actualiter est corporeū corporeitate quantitatiua. scilicet corporei
tate que est trine dimensionis. Modo illo casu posito illud corpus non
esset corporeū corporeitate quantitatiua. licet esset corporeū corporeita
te substantiali. que est differētia substātie abstrahēs ab omni quantitate.
Ad sextā dicit'. negādo minorē cū ꝓbatiōe sua. Nam sicut ista cōceditur
socrates est homo. ita etiā ista cōcedit'. aliq̄s homo est socrates. Et licet
nullus homo existēs sit socrates. tamē aliq̄s potēs existere est socrates.
Ex p̄dictis patet qualit' potest saluari p̄dictā ꝓpositionē esse necessariaz
rebus nō existētibus. ⁊ sicut dictū est de illis duabus. ita dicendū est vni
uersalit' de omni ꝓpositione in qua p̄dicat' superi' de inferiori vel propria
passio de suo subiecto.

Tercia difficultas. Utruz genus

p̄dicet' per se de suis differētijs diuisiuis. ¶ Pro cuius solutione suppon
tur p̄mo ꝙ differētia potest accipi dupplicit'. Uno modo formalit' p per
se significato. Alio modo materialit' p denomiato. ut rationale potest ac
cipi pro rationalitate que est pars quiditatis hoīs. aut pro ipo hoīe. q
dicit' rationalis a rationalitate parte eius.

Hoc supposito dicit' p̄mo ꝙ gen'

p̄dicat' ꝑ se de suis differētijs materialit' acceptis. patet: qa idem est gen'
predicari de suis speciebus ⁊ de suis differentijs materialiter acceptis. sed
genus p̄dicat' ꝑ se de suis speciebus. ergo etiā p̄dicat' per se de suis differē
tijs materialiter acceptis. Dicit' secūdo ꝙ genus nō predicat' de suis dif
ferentijs formaliter acceptis. Probatur dupplicicer. Primo auctoritate
philosophi tercio methaphisice dicentis ꝙ impossibile est genus predi
cari de suis differentijs:

Et auctoritate auicēne q̄nto methaphisice dicēt'. ꝙ licet gen' ⁊ differētia
p̄dicāt' de toto. i. de specie ꝑ se. nō tn̄ significāt totū ꝑ se. ẜ gen' materiale dif
ferētia formali. ⁊ sic vtrūqꝫ significat partē speciei ꝑ modū speciei. Et sicut
materiale extra formale. sic ꝯcept' generꝰ est extra rationē differētie. Scḋo
ꝓbat' ratiōe. qa si aīal p̄dicaret' ꝑ se de rationali. vel ꝙ in diffinitione hoīs
esset nugatio. vel ꝙ homo esset plura aīalia. ẜ cōueniēs est incōueniēs ꝓ
vtraqꝫ parte. ergo ⁊ illud ex quo sequit' ꝯsequētia. patet. qa aīal includit' in
hoīe ꝑ se. ⁊ etiā includit' in rationali ꝑ aduersariū. vel ergo est idē anial vel
aliud. Si idē tūc est nugatio in diffinitiōe hoīs. qa idē bis dicit'. vt patet
ponēdo loco rationalis suā diffinitionē. Si aliḋ aīal. ergo homo est duo
aīalia. Dicit' t̄cio ꝙ differētia inferior nō includit ꝑ se differētiā ei superio
rē. vt rationale ꝑ se nō includit sensibile nec aliquā aliā. patet. qa sequeret'
eadē incōueniētia q̄ sequūt' ponēdo gen' p̄dicari ꝑ se de suis differentijs
¶ Cōtra ista vltima duo dicta arguit' q̄druplicit' primo sic. Bene sequit'
homo ꝑ se est rationalis. ergo rationale ꝑ se est homo. Et vltra rationale
ꝑ se est homo. ergo rationale ꝑ se ē aīal. Prima ꝯsequentia patet. qa sicut
ꝓpositio necessaria ꝯuertit' in necessariā. ita ꝓpositio ꝑ se cōuertit' in ꝓposi
tionē ꝑ se. Scḋa ꝯsequētia tenet ꝑ locū ab inferiori ad superi' affirmatiue
Scḋo sic. Homo ꝑ se ē aīal. ⁊ homo ꝑ se ē rationalis aut sensibilis. ergo
rationale ꝑ se ē aīal ⁊ sensibile. tenet ꝯsequētia. qa sicut ex ꝓpositiōib' neces
sarijs sequit' ꝯclusio necessaria. ita ex ꝓpositiōib' ꝑ se sequit' ꝯclusio per se.
Tercio sic. Si rationale nō includit aīal. neqꝫ differētie superiores pari ra
tione includāt sua superiora ⁊ ꝑ ꝯsequēs erit p̄dicatū generalissimū. ꝯse
quēs ē incōueniēs. qa tūc sunt plura generalissima qꝫ decem. Quarto sic.
si gen' nō p̄dicat' ꝑ se de differētia. ergo p̄dicat' ꝑ accidēs. tenet ꝯsequentia
qa int' p̄dicari ꝑ se ⁊ p̄dicari ꝑ accidēs nō est mediū. ẜ ꝯsequēs ē falsuz. qa
tūc p̄dicaret' ꝑ accidēs de specie. qḋ patet. qa qn̄ aliq̄d p̄dicat' ꝑ accidēs de
aliquo tūc p̄dicat' ꝑ accidēs de quolibet qḋ includit' sub ratiōe illi' sicut sb
ratiōe formali. ẜ species includit' sub genere. igit'. Ad p̄mū istorum dr̄ ne
gādo ꝯsequētiā. Et ad ꝓbationē ei' dr̄ ꝙ nō ē sile. ꝙ ad veritatez ꝓpositio
nis sufficit impossibilitas essendi falsuz. Sed ad ꝑseitatē req̄rit' ꝙ in subie
cto includat' causa q̄re p̄dicatū sibi inest. ⁊ nō sufficit ꝙ sit in p̄dicato. ideo
cū rationale nō habeat in se causaz q̄re homo sibi insit. ẜ ecōtra ista ē falsa
rationale ꝑ se ē homo. Ad scḋm dr̄. Uno mō ꝙ ꝯsequētia nō valet. qa ar
guit' ex puris indefinit'. Et si ille fiāt vniuersales ꝯcedit' ꝯsequētia. ⁊ etiā ꝯse
quēs dūmodo subiectū ꝯsequēt' supponat ꝑsonalit'. Alit' dr̄ negando ꝯse
quētiā. Et ad ꝓbationē ei' dr̄ ꝙ nō ē sile. qa ex necessarijs nūqꝫ sequit' nisi
necessariū. alias antecedēs posset esse verū sine ꝯsequēte. ẜ ex ꝑ se potest seq̄

p accidēs q̄d tñ erit necessariū. Ad t̄ciū dr̄ negādo cōsequētiā. qa nullū p̄dicatū p̄t dici generalissimū nisi careat q̄libet p̄dicato ei supiore dicibili de eo. siue p se siue p accidēs. ⁊ sic cū differētie semp habeāt supra se gen⁹ q̄d diuidūt licet dicat̄ de eis p accidēs. tñ nō possunt dici p̄dicata generalissima. Ad q̄rtū dr̄ negādo maiorē. Et ad ꝓbationē q̄ illud est verū si illd q̄d p̄dicat̄ faciat cū eo de q̄ p̄dicat̄ vnū p accidēs. Sic aūt nō est in ꝓposito. qa differentia ⁊ genus faciūt vnū p se. scilicet speciē quā componunt.

Quarta difficultas. Utrū p̄ter distinctionē realē ⁊ distinctionē ratiōis sunt ponēde aliq̄ alie distinctiōes maiores aut minores.

Pro cui⁹ solutiōe supponit̄ p̄mo q̄ distinctio rationis ē q̄dā apparēs nō ydēptitas eiusdē ad seip̄m ꝓp̄t diuersas ꝯceptiones intellect⁹ ⁊ illi⁹ rei diuersas significatiōes. Et hec distinctio reperit̄ inter ꝯcretū ⁊ abstractū. Et dr̄ ratiōis eo q̄ fit p rationē. id est p intellectū. q̄ aliq̄n ꝓp̄t diuersos modos ꝯcipiēdi eādē rem. ⁊ diuersos modos illā rem significādi distinguit eā a seip̄a. ¶ Distinctio realis accipit̄ dupplr̄. Vno modo cōiter ꝓ destinctiōe q̄ ē int̄ aliq̄ secluso omi ope intellect⁹ nr̄i. ⁊ isto modo distinctio realis ⁊ distinctio ex natura rei idē sunt. q̄ q̄dē postea dicent̄ de distinctiōe ex natura rei. Illud ē etiā intelligēdū de distinctiōe reali cōiter accepta. Alio mō accipit̄ specialit̄ ꝓ disti ctiōe q̄ ē int̄ aliq̄s duas res quaꝝ vna potest existere sine alia. vel quaꝝ vna subsistit extra aliā. Et isto mō ponit̄ cōiter q̄ p̄ter distinctionē realē ⁊ distinctionē ratiōis non sunt ponēde aliq̄ distinctiōes maioris aut minoris. patet. qa ens sufficienter diuidit̄ in ens reale ⁊ in ens ratiōis. ḡ etiā distinctio sufficient̄ diuideretur in distinctionē realē ⁊ distincti onē rationis. Sed hec ratio facilit̄ soluit̄ p istā distictionē p̄missaꝫ. ¶ Scd̄o supponit̄ q̄ distinctio ex natura rei q̄ dr̄ distinctio realis cōiter accepta diuidit̄ in q̄tuor modos. scilicet in distinctionē essentialē. distinctionē realē. distinctionē formalē ⁊ distinctionē modalē. Distinctio essentialis est q̄ habet ꝓ fundamēto vnā q̄ditatē cū sua existētia. ⁊ ꝓ t̄mino aliā q̄ditatē cū sua existētia. Et ista distinctio ē maxima int̄ p̄dictos q̄tuor modos distinctiōis. qa ad ip̄am sequunt̄ alij modi. Quecūq̧ eñ distinguūt̄ essentialit̄ etiā distinguūt̄ realit̄. formalit̄. modalit̄. Distinctio realis est q̄ habet ꝓ fundamēto ⁊ t̄mino rem ⁊ rem ⁊ nō solū aliq̄d rei. Et ad sciēdū q̄n aliq̄ sunt res ⁊ res ⁊ nō aliq̄d rei ponūtur tres regule. Prima. Quecūq̧ duo singularia possunt per se subsistere sunt res ⁊ res ⁊ nō solū aliq̄d rei. Scd̄a. Quecūq̧ duo singularia sic se ha-

bent q̄ vnū potest existere sine alio. ꝫ nō ecōtra sunt res ⁊ res. sicut fundamentū ⁊ sua relatio. Tercia. Singularia q̄ sic se habēt q̄ vnum eorum potest existere sine alio nō sunt res ⁊ res. sed q̄dlibet est aliq̄d rei. Distinctio formalis q̄ alio mō dr̄ distinctio q̄ditatiua est illa q̄ est inter duas q̄ditates siue formalitates quaꝝ vna nō includit aliā p se p̄mo mō. Distinctio modalis est que est inter q̄ditatē ⁊ modū intrinsecū sicut est distinctio q̄ est inter hoiem ⁊ eius finitatē. vel inter hoiem ⁊ differētias indiuiduales. Est aūt modus intrīsecus q̄ addit⁹ q̄ditati cōtrahibili nō variat rationē formalē cōstituti ex eo ⁊ tali q̄ditate. sicut sunt differentie indiuiduales. q̄ nō variant rationē speciuocā in indiuiduis. ⁊ intēsio ⁊ remissio q̄ nō variāt rationē entis in deo ⁊ creatura. ¶ Tercio supponit̄ q̄ isti modi distinctionū cognoscūt̄ esse int̄ aliq̄ q̄busdā documēt̄. Et p̄mo distinctio essentialis cognoscit̄ duob⁹ documētis. Quoꝝ p̄mū est. Quecūq̧ sunt diuersoꝝ generū nō subalt̄natim positoꝝ aut diuersaꝝ specierūꝫ distinguunt̄ essentialit̄. Scd̄m. Quecūq̧ sic se habēt q̄ vnū depēdet necessario ab alio distinguūt̄ essentialit̄. patet. qa infra eādē essentiā nō potest esse dependētia. Tertia distinctio realis cognoscit̄ trib⁹ document̄. Primū. Quecūq̧ aliq̄ duo se habēt sicut generās ⁊ genitū vel originās ⁊ originatū illa distinguūt̄ realit̄. patet. qa nihil potest generare seip̄m. Scd̄m documētū. Quecūq̧ aliq̄ duo sic se habēt q̄ vnū potest generari alio nō genito. aut corrūpi alio nō corrupto illa distinguūt̄ realit̄. Tercīū documētū. Quecūq̧ possunt separari ⁊ separatim existere illa distinguūt̄ realit̄. Scd̄o. Distinctio formalis cognoscit̄ esse int̄ aliqua duo duob⁹ document̄. Primum. Quādocūq̧ aliq̄ sic se habēt q̄ aliq̄d ponit̄ in diffinitiōe q̄ditatiua vni⁹ q̄d nō ponit̄ in diffinitiōe q̄ditautia alteri⁹. illa distingunt̄ formalit̄. Secūdū. Quādocūq̧ aliq̄d diuidit̄ p differētias formales oppositas ille differētie distinguūt̄ formalit̄ ⁊ om̄e cōtētū sub vna distinguit̄ etiā formalit̄ ab omi cōtēto sub alia. Quarto Distinctio modalis cognoscit̄ esse inter aliq̄ duo vno documēto. q̄d est istd̄. Quādocūq̧ aliq̄ duo se habēt vt q̄ditas ⁊ modus intrinsecus. vel sicut duo modi intrinseci illa distinguunt̄ modalit̄. ¶ Quarto supponit̄ q̄ distinctio ex natura rei q̄si abstrahit ab omib⁹ istis. q̄d patet. qa potest inueniri int̄ aliq̄ duo int̄ que nō est aliq̄ p̄dictarum. vt inter superius ⁊ inferius cognostitur vno documento. q̄d est istud. Quandocūq̧ aliqua duo sic se habent q̄ de ipsis predicantur predicata contradictoria quorum alterum est reale illa distinguuntur ex natura rei. eo q̄ non est impossibile de eodem omnino verificari predicata contradictoria quorum alterum sit reale.

Ex p̄dict᷑ p̄t patere q̄ sunt eadē essentialit᷑ realit᷑. formaliter ⁊ ex natura rei Scd̄o patet ꝙ cū ydēptitate reali p̄t stare distinctio formalis ⁊ ex natura rei. Tercio patet. q̄a hec ꝯsequētia nō valet demōstrat᷑ duob᷒ hec differt ex natura rei ḡ differūt essentialit᷑. aut realit᷑. aut formalit᷑. aut modalit᷑. q̄a si demōstrarēt᷑ superi᷒ ⁊ inferi᷒ antecedēs esset verum ꝯseq̄nte existēte falso. ¶ His supposit᷑ d᷑ p̄mo ꝙ p̄ter distinctionē realē specialit᷑ captā ⁊ distinctionē ratiōis sunt ponēde in reb᷒ aliq̄ distīctiōes maiores distinctione ratiōis. ⁊ minores distinctiōe reali. patet. q̄a int᷑ subiectū ⁊ ꝓpriā passionē est aliq̄ distinctio secluso oīm ope nr̄i intellect᷒. ⁊ illa nō ē realis vt visuz ē in q̄stiōe p̄cedēti. nec ē maior distinctiōe reali. q̄a q̄cūq₃ sunt eadē realiter. sunt etiā eadē essentialit᷑. ḡ ē minor distinctiōe reali. Dicit᷑ scd̄o ꝙ sūmēdo distinctionē realē generalit᷑ ꝓ omī distinctōe q̄ ē int᷑ aliq̄s res secluso omī ope nr̄i intellect᷒ p̄ter distinctionē realē ⁊ distinctionē ratiōis nō sunt ponende alique distinctiones maiores aut minores.

Cōclusio respōsalis Cōuenietie ⁊

differētie q̄nq₃ p̄dicabiliū sunt a purphirio in textu sufficienter assignate Probat᷑ auctoritate purphirij. probat᷑ etiā ratōe. q̄a ꝑ eas q̄nq₃ p̄dicabilia sufficient᷑ cognoscūt᷑ ꝯuenire ⁊ a seinuicē differre igitur.

Ad ratōes ante oppositū. Ad pri

mā d᷑ ꝙ licet gen᷒ nō p̄dicet᷑ de plurib᷒ q̄₃ differētia q̄ ꝯstituit ip̄m. tn̄ p̄dicat᷑ de plurib᷒ q̄₃ differētia q̄ ip̄m diuidit. ¶ Ad scd̄z d᷑ ꝙ licet gen᷒ sit prius natura specie ⁊ in essendo. essendo formalit᷑ ⁊ q̄ditatiue. tn̄ ē posteri᷒ in existēdo ⁊ illatiue. q̄a ad esse speciei seq̄t᷑ ip̄m esse ⁊ nō ecōtra. ¶ Ad t᷑ciū d᷑ ꝙ p̄dicari de plurib᷒ p̄t accipi dupplr̄. Vno mō positiue vt idē ē ꝙ p̄dicari de mult᷑. ⁊ sic ē cōitas oīm p̄dicabiliū. Alio mō p̄t accipi cōꝑatiue. ⁊ isto mō ē ꝓprietas ꝑ quā gen᷒ differt ab alijs p̄dicabilib᷒. Gen᷒ em̄ p̄dicat᷑ de plurib᷒ q̄₃ alia. Ad ꝯfirmationē. ꝙ licet illa nō p̄dicent᷑ actu de plurib᷒. tn̄ sunt apta nata p̄dicari de plurib᷒. ⁊ hoc sufficit. ¶ Ad q̄rtā d᷑ negādo antecedēs. Et ad p̄mā ꝓbationē patuit q̄d sit dicēdū in expositiōe illi᷒ passus. Ad scd̄am ꝓbationē d᷑ negādo minorē. Et cū d᷑ ꝙ ratio ē cōposita ex genere ⁊ differētia. d᷑ ꝙ ratio int᷑dū sūmit᷑ specialit᷑ ꝓ diffinitiōe q̄ditatiua q̄ dat᷑ ꝑ gen᷒ ⁊ differētia. ⁊ sic illa ē vera. Aliq̄n v̄o summit᷑ ꝓ ꝯceptu q̄ditatiuo. ⁊ isto mō omē cōicabile mult᷑ vniuoce siue sit trāscēdēs siue limitatū habet ratiouē. ⁊ sic summēdo rationē negādū ē ꝙ ratio sit ꝯposita ex genere ⁊ differētia. Ad t᷑ciā ꝓbationē d᷑ sicut ad p̄mā. ¶ Ad q̄ntā d᷑ ꝙ coincidūt in idē denoīatiue ⁊ accidētalit᷑. ſ₃ nō coincidūt in idē q̄ditatiue ⁊ formalit᷑. Primū aūt nō ē incōueniēs vt visuz est in p̄ma difficultate Circa textū p̄cedētē potuissent moueri multe alie difficultates q̄ ex similis ⁊ ex alijs passibus logice sunt manifeste.

Questiōes i p̄dicamēta aristotelis

Equiuoca dicūt᷑ ⁊ cet᷑



Ste est liber p̄dicamentoꝝ aristotelis. Qui scd̄m cōmentatorem diuidit᷑ p̄ma sui diuisione in tres partes. seu in tres tractatus. Quaꝝ p̄ma est sicut ꝓhemiū ad ea que vult dicere in hoc libro. Nam cōprehēdit res ꝑtinētes ad ea que vult dicere sicut p̄ncipia suppositionis ⁊ diuisionis ⁊ diffinitiōis. ⁊ ille res solēt vocari antep̄dicamēta. In scd̄a v̄o det᷑minat de ip̄is p̄dicamentis describēdo sigillatim vnūq̄dq₃ eoꝝ ꝓpria descriptione. ⁊ ponēdo ꝓprietates eoꝝ. Que incipit ibi. Eoꝝ que scd̄m nullā complexionē ⁊c̄. In tercia ponit quedā antecedētia ⁊ cōsequētia cōmunia omniū p̄dicamentoꝝ vel pluriū que dicunt᷑ post predicamēta. Prima pars diuidit᷑ in tria capl'a. In p̄mo ponit tres diffinitiōes entiū scd̄m ꝙ illa entia significant᷑ ꝑ diffintiones. Quaꝝ p̄ma est ista. Equoca dicunt᷑ q̄ꝝ soluz nomē est cōmune ⁊ scd̄m illud nomē ratio substantie est diuersa. Exēplū vt animal homo. et animal quod pingitur habēt solum vnū nomē commune scilicet hoc nomē animal. ⁊ scd̄m illud cōmune ratio substantie eorū est diuersa. Qd̄ patet. q̄a si aliq̄s assignet q̄d sit vtrūq₃ assignabit vtriusq₃ ꝓpriā rationē scd̄m hoc nomē animal. Hanc aūt diffinitionē declarat sic cōmētator dicēs. ꝙ ea quoꝝ noīa sunt cōmunia equoca sunt in quibus nō inuenit᷑ aliq̄d cōmune nisi nomē tm̄ ⁊ diffinitio. Declarat substātiā vniuscuiusq₃ eoꝝ scd̄z illd̄ nomē est alia ⁊ alia. Scd̄a diffinitio est hec Vniuoca dicūt᷑ quoꝝ vnū nomē est cōmune. ⁊ scd̄z illud nomē ratio substantie est eadē. Exēplū vt homo ⁊ bos habēt hoc nomē cōmune anial. ⁊ scd̄m illud nomē ratio substātie eoꝝ est eadē Qd̄ patet. q̄a si q̄s assignet q̄d sit vtrūq₃ scd̄m hoc nomē animal assignabit eandē rationē vtriusq₃ Tercia diffinitio. Denominatiua dicunt᷑ quecūq₃ ab aliquo solo casu differentia sunt. ⁊ scd̄z illud nomē habēt appellationē. vt grāmaticus a grāmatica. fortis a fortitudine. facundus a facundia.

Eoꝝ que dicūt᷑ ⁊ cet᷑a

Istud est scōm caplm huius p̄me partis. in quo philosophus determi-
nat de scđo antep̄dicamēto ponēdo duas diuisiones. quaꝝ p̄ma est hec.
Eoꝝ que dicunt. id est ꝑ vocē significant quedā dicunt scōm ꝯplexionem
vt homo currit ⁊ vincit. Alia dicunt sine cōplexione. vt homo equus. Se
cunda eoꝝ que sunt quedā dicunt de subiecto. in subiecto vō nullo sunt.
vt homo dicit de subiecto scilicet de aliquo hoīe ⁊ in nullo subiecto est vt
ait cōmētator. iste sunt substātie vniuersales. Alia sunt in subiecto ⁊ de sb
iecto nullo dicunt. Ponit exemplū supponēdo q̄ esse in subiecto est esse
in aliq̄ nō sicut pars integralis est i suo toto. ꝫ sicut id sine q̄ id qđ est ipos
sibile esse sine eo in quo est. vt quedā grāmatica est in subiecto scilicet i ani
ma. ⁊ nō dicit de aliquo subiecto. Similit quedā particularis albedo est i
subiecto. scilicet in corpe. q̄a om̄is color est in corpe ⁊ nō dicit de subiecto
vt dicit cōmētator q̄ ista sunt accidētia singularia. Alia vō de subiecto di
cunt ⁊ sunt in subiecto. vt scientia est in subiecto scilicet in aīa. ⁊ dicit de sb
iecto. scilicet de grāmatica. ⁊ ista sunt accidētia vniuersalia vt etiā dicit cō
mētator. Alia nec sunt in subiecto nec de subiecto dicunt. vt aliq̄s homo
aliq̄s equus. nullū em̄ istoꝝ est in subiecto aut dicit de subiecto. Et addit
hoc documentū ad cognoscendū ea que nō dicunt de subiecto dicens q̄
indiuidua ⁊ numero singularia simpliciter de nullo subiecto dicunt. Sed
nihil ꝓhibet ea ea esse in subiecto. sicut patet de accidētibꝰ singularibus.
Quedā em̄ grāmatica bene est in subiecto. Et sup istud dicit cōmētator
q̄ substātia tā cōmunis q̄ꝫ singularis est illud qđ nō est om̄ino in subie-
cto. ¶ Ex quo dicto potest accipi cōtra nomiales q̄ p̄ter substātias par-
ticulares sunt ponende substantie vniuersales.

Quādo vō alterum.

Istud est terciū capitulū huius p̄me partis in quo philosophus deter-
minat de tercio antep̄dicamēto qđ dicit regula. Et ponit duas regulas
Prima est. Quādo alterū de altero p̄dicat vt de subiecto. id est vt de infe
riori q̄ de eo qđ p̄dicat dicunt om̄ia ⁊ de subiecto dicunt. Exēplū. vt ho-
mo dicit de quodā hoīe. ⁊ animal de hoīe. ideo etiā animal de quodā ani-
mali p̄dicat. Qđ patet. q̄a q̄dā homo est homo ⁊ animal. Scđa regula.
Diuersoꝝ generū ⁊ nō subalternatim positoꝝ diuerse sunt species ⁊ differē
tie. vt aīalis ⁊ sciētie. q̄a differētie aīalis sunt volatile. gressibile. bipes. nul
la aūt aliaꝝ est differētia sciētie. q̄a vna scientia nō differt ab alia. eo q̄ bi-
pes est. ⁊ q̄a aliq̄s posset credere q̄ vniuersalit diuersoꝝ generum essent di

uerse differētie. ideo remouet dubiū dicēs. q̄ generū subalternoꝝ nihil ꝓhi
bet esse easdē differētias. Et ratio huiꝰ est. q̄a superiora p̄dicant de inferi-
oribus. ⁊ quecūq̄ȝ fuerint differentie p̄dicati. eedē etiā erūt subiecti.

Circa hūc textū querit Utrū diffi

nitiones. diuisiōes ⁊ etiā regule antep̄dicamētales sint ab aristotele suffi-
cienter assignate.

Et arguit p̄mo q̄ nō. q̄a si diffiniti

ones vniuocoꝝ ⁊ equocoꝝ essent sufficient assignate sequerent q̄nq̄ȝ incō
uenientia. Primū. q̄ om̄ia equoca ⁊ vniuoca essent voces. cū sole voces
dicant. Scōm. q̄ in verbis nec in accidētibꝰ esset vniuocatio aut equoca
tio. De verbis patet. q̄a nō habēt nomē cōmune. De accidētibus patet.
q̄a nō habēt rationē substātie. Tercium q̄ p̄dicamēta nec essent vniuoca
nec equoca in hoc nomīe ens cū nō habeant eandē rationē nec diuersas
scđo illud nomē. Quartū q̄ termini singulares nō essent equoci cum non
sint cōmunes. Sequeret etiā q̄ om̄e nomē esset equocū. ⁊ sic om̄is ꝓposi-
tio esset distinguenda cōsequētia patet. q̄a om̄e nomē scōm idē nomen ⁊
diuersas rationes potest significare rem verā ⁊ similitudinem rei vere. si
cut animal qđ significat animal viuū ⁊ animal pictū. Quintū q̄ homo ⁊
equus esset vniuoca in hoc noīe albū. cū nomē sit eis cōmune. ⁊ ratio ea
dē. Sed cōsequēs est falsum. q̄a p̄dicat de eis denominatiue. igitur.

Scđo arguit. Equoca ⁊ vniuoca

nō possunt diffiniri. igit eoꝝ diffinitiōes nō sunt bone. Antecedēs ꝓbat
quadruplicit. Primo q̄a om̄e diffinibile est vniuocū. sed equoca nō sunt
vniuoca. tum q̄a vniuoca ⁊ equoca sunt opposita. tum q̄a idē esset multi-
plex ⁊ nō multiplex. distinguēdū ⁊ nō distinguēdū. qđ est impossibile. igit
Secūdo. q̄a om̄e diffinibile est aliq̄d vnū. sed equoca ⁊ vniuoca nō sunt
aliq̄d vnum. igitur. Tercio. quia plurale non est aliud q̄ꝫ singulare gemi-
natū. vt vult p̄stianꝰ. Sed singulare geminatū nō potest diffiniri. ergo nec
plurale. ⁊ ꝑ cōsequēs male diffiniūt vniuoca ⁊ equoca in plurali. Quarto
q̄a vel diffinitio daret de rebus vel de intentionibus. Nō de rebus. tū q̄a
logicus non diffinit res. tum quia ille res non sunt aliquid vnū. ergo nō
possunt diffiniri. nec de intentionibus. quia illarum ratio non est diuersa
sed eadem.

Tercio arguit. Ex diffinitione de nominatiuoꝝ sequūt tria incōuenientia·ergo ipa non est bona. Antecedens patet. qa sequit p̄mo q̄ homo ⁊ animal sunt denomīatiua cū differant solo casu a suis abstractis que sunt humanitas ⁊ animalitas, Secūdo sequit q̄ iste pdicatiōes nō sunt denominatiue. mulier est grāmatica Homo est studiosus cū illa denominatiua grāmatica studiosus nō differāt a suis abstractis solo casu. id est sola terminatiōe vocis. Sed consequēs est falsum. qa ille pdicatiōes nō sunt ordinate ⁊ nō sunt equoce nec vniuoce. ergo sunt denominatiue, Tercio sequit q̄ cōcretum deriuaretur ab abstracto.

Quarto arguit. Diuisiones antepdicamentales sunt insufficiētes. ergo male ponūt in textu. Antecedēs patet p̄mo, qa mēbra eiꝰ nō sunt opposita. cū vnū sit pars alterius, Secūdo Omis res est incōplexa. ergo nulla res dicit cū cōplexione. tenet cōsequentia. qa voces sunt signa rerum, Tercio qa scda diuisio dat p terminū equocū scilicet p illū terminū subiecto. q aliquādo accipit p inferiori. ⁊ aliquādo pro subiecto accidentis, Quarto qd omē qd dicit de aliquo est in illo. ergo impossibile est dici aliqua de subiecto ⁊ non esse in subiecto. qd est contra primū membrum scde diuisionis.

Quinto arguit Nō sequit. animal est irrationale. homo est animal. ergo homo est irrationalis Nec sequit homo est animal. animal est genus. ergo homo est genus. Nec sequitur homo est animal. animal est albū. ergo homo est albus. qa in omibus istis stat antecedens esse verū cōsequēte existente falso. ergo non oportet q̄ si aliqd pdicatū dicat de aliquo subiecto q̄ quicqd dicit de illo pdicato dicat etiā de subiecto.

Sexto arguit. Scientia est species qualitatis ⁊ relationis. ⁊ corpus est species substantie ⁊ quantitatis. ⁊ rationale est differentia animalis ⁊ scientie. ergo diuersoꝝ generū non subalternatim positoꝝ nō sunt diuerse species aut differentie. qd est cōtra regulam.

In oppositum arguit auctoritate

philosophi in textu pcedēti. ¶ Pro solutione huius questionis ⁊ declaratione textus pcedentis. necnō quorundā que cōmunit in pncipio huiꝰ libri declarant mouent alique difficultates.

Prima difficultas. Quid sit assignandū pro subiecto attributionis sciētie huius libri. ¶ Pro cuius solutione supponit p̄mo q̄ hec sciētia nō est de aliquo ente reali tanq̄ de subiecto attributionis. patet. qa logica scdm se totā. ⁊ scdm omes suas partes est obiectiue de secūdis intentionibus. ¶ Ex quo sequit q̄ decē predicamēta nō possunt esse subiectū huiꝰ sciētie. Et si obijciat qa in ista parte logice determinat de eis describēdo vnūqdq̄ eoꝝ ppria descriptione ⁊ dando pprietates eoꝝ. vt dicit cōmētator, ergo cōsiderant in hac scientia. ¶ Pro solutione huius scdo supponit q̄ decē pdicamēta possunt cōsiderari dupliciter. Vno modo prout sunt partes subiectiue entis in quas diuidit ens mediantibus modis intrinsecis. ⁊ isto modo eoꝝ cōsideratio est realis ⁊ methaphisica. Alio modo possunt cōsiderari put sunt fūdamenta secūdarū intentionū. ⁊ isto modo eoꝝ ꝯsideratio est rationalis ⁊ logica per accidēs. tum qa logicus p se cōsiderat intentiones. ⁊ p accidens fundamenta intentionū Et isto dicit q̄ licet in ista parte logice diffiniant pdicamēta ⁊ dant pprietates eoꝝ. hoc tamē est minus pncipalit Et hoc fit ppt duas causas. Prima. qa intellectꝰ nō potest causare intētionem nisi in fundamento qd cognoscit. cū ergo logicus attribuat intentiones decē pdicamētis oportet q̄ cognoscat pdicamēta. Scda causa est. qa ois relatio cognoscit p fundamentū ⁊ terminū. Sed scde intentiones fundatate in pdicamentis sunt relatiōes saltē rationis. ergo cognoscunt cognitis fundamēto ⁊ termino. ⁊ p cōsequēs ad cognoscēdū intentiōes fundatas in pdicamētis necesse fuit logicū describere pdicamēta ⁊ dare pprietates eoꝝ. De pprietatibus tamē dicūt aliq. qa omes ille que dant in hoc libro debent exponi logicaliter. Sed hoc dictū est dictū nominalitū q assignant illas pprietates cōuenire terminis. qd tamē est falsum. vt videbit in sequentibus. ¶ Tercio supponit q̄ hec sciētia nō est de aliquo termino tanq̄ de subiecto attributionis. patet. qa hec sciētia est de secūdis intentionibus. sed nullus terminus est secūda intentio. ¶ Sed ꝯtra istud arguit quadrupliciter. Primo. qa scdm bohecium hec sciētia est de decē vocibus decē reꝝ genera significantibus. Scdo. qa hec scientia est de decem predicamentis. Sed decem predicamenta sunt decem voces. igit Minor pbat auctoritate damasceni dicentis. q̄ decē sunt generalissima

sub quibus referř oīis vox simpliciř dicta. Tercio sic. Partes logice sunt de partibus sylogismi integralibus. aut subiectis. Sed hec pars logice nō est de aliqua parte subicta sylogismi. ergo est de aliqua parte integrali. partes aūt integrales sunt terminus ꝛ ꝓpositio. ꝛ nō est de ꝓpositiōe. qa sciencia libri periarmenias considerat ꝓpositionē. ergo est de termino. Quarto sic. qa philosophꝰ incipit istū librū ab equiuocis. vniuocis ꝛ denominatiuis. ꝛ multa dicit in hoc libro que nō videnř posse attribui nisi ťminis. ergo hec sciētia est de aliquo termino tanq̃ de subiecto attributiōis. Ad primū istoꝝ diciř ꝙ ꝓpositio bohecij sic debet exponi. Hec scientia est de decē vocibus decē rerū genera significātibus. id est de decē generibꝰ reruꝫ significatis p decē voces. ita ꝙ ibi poniř actiuū ꝓ passiuo. Ad scđm diciř negādo minorē. Et ad ꝓbationē diciř ꝙ voces simpliciř dicte referuntur sub vocibus significantibus decē genera p accidēs. qa res cōtinet̃ sub rebus vnde hec vox homo nō cōtinet̃ sub significato huius vocis substantie. Ad terciū diciř ꝙ partes logice nō sunt de partibus sylogismi saltē integralibus. sunt tamē p se de intētiōibus que denomināt istas partes integrales. Unde nulla pars logice ꝯsiderat istā ꝓpositionē Homo est animal. tamē aliqua pars logice cōsiderat istā intentionē. ꝓpositio vel enunciatio que denominat illā ꝓpositionē. Similiř nulla pars logice cōsiderat p se substantiā. Sed aliqua pars logice cōsiderat istā intentionē. pdicatum nō aptū natū esse in subiecto qđ diciř substātia. Ad quartū diciř. ꝙ ille diffinitiōes equiuocoꝝ. vniuocoꝝ ꝛ denominatiuoꝝ dant̃ de rebus ꝛ nō de terminis. qđ patet p cōmentatorē dicentē ꝙ philosophꝰ hic narrat quasdā dispositiones entiū in eo ꝙ significant̃ p diffinitiones. Diciř vltra ꝙ si aliqua reperiant̃ que videant̃ cōuenire terminis debēt exponi de rebꝰ aut intētiōibus sicut postea videbiř.

His suppositis diciř pͥmo scđm albertū ꝙ subiectū attributionis huius scientie est ens dicibile incōplexuꝫ ordinabile in genere scđm sub ꝛ supra ꝓut stat sub voce talē ordinē significante. Sed cōtra istā opinionē obijciř pͥmo. qa vel ibi accipiř ens ꝓ ente cōi ad ens reale ꝛ ens ratiōis. vel ꝓ ente reali tm̄. vel ꝓ ente ratiōis tm̄. nō pͥmū. qa enti reali ꝛ enti ratiōis nihil ē cōe vniuocū. Nec secūdū. qa tūc subiectum huius scientie esset aggregatū ex pͥma intentione ꝛ secunda. ꝛ sic esset ens per accidens. Nec terciū. qa esset nugatio dicendo ens incomplexum. qa illa addita includunt ens sic sumptum. Secūdo sic. Vel per ly dicibile intelligit significabile per vocē vel predicabile. Nō primū. qa subiecto huius scientie accidit ꝙ significetur p vocem. qa nulla voce existente. aut possibili existere hec scientia possit haberi. Nec secundū. qa tunc esset nugatio sibi addendo incomplexū. qa oīe predicabile est incomplexum igiř illud male est assignatū pro subiecto attributionis huius scientie. Dicitur secundo ab alijs ꝙ vniuersale in ratione ordinabilis est huius sciencie subiectū attributionis. Pro cuius declaratione supponiř ꝙ vniuersale potest considerari dupliciter. Uno modo sub ratione vniuersalitatis. videlicet inquātū est aptū natū esse in multis. ꝛ isto modo est subiectū libri precedentis. Alio modo potest cōsiderari sub ratione ordinabilitatis. videlicet inquātū est ordinabile omnino supra. vel omnino sub. vel sub ꝛ supra. Et isto modo est subiectum scientie huius libri. Patet. quia ad ipsuꝫ habent attributionem oīa considerata in hac scientia. Et si obijciat̃ qa hec scientia esset subalternata scientie libri precedentis. Secundo. quia nihil potest esse subiectum alicuius scientie sub ratione respectiua ꝛ accidentali. Sed ordinabilitas est ratio accidentalis ꝛ respectiua. igitur. Tercio. quia vniuersale sub ratione ordinabilitatis est ens per accidēs. ¶ Ad primum istarum dicitur negando consequentiam. qa subiectum huius sciētie non contrahit subiectum scientie libri precedentis per differentiam accidentalem. ¶ Ad secundū dicitur ꝙ licet ordinabilitas sit ratio accidentalis eo ꝙ est passio vniuersalis. tamē hic circumloquitur nobis vnaꝫ rationem formalem per quam ipi vniuersali inest ordinabilitas. ꝛ illa non est accidentalis nec respectiua. nisi sicut entitas vniuersalis est accidentalis. ¶ Ad tercium dicitur ꝙ licet vniuersale ordinabile sit ens per accidēs tamen vniuersa sub ratione ordinabilitatis non est ens per accidēs. Vel aliter dicitur ꝙ ordinabilitas prout est ratio formalis circumlocutiua subiectū huius scientie non facit vnum per accidens cū eo. sed facit vnū per se.

Et licet hec opinio probabiliř possit sustineri tamē ab alijs diciř secūdo ꝙ predicamētū aut generalissimuꝫ est huius scientie subiectum adequatuꝫ. Pro cuius declaratione suppōnitur primo ꝙ predicamentum potest accipi dupliciter. Uno modo ꝓ supremo gradu coordinationis predicamentalis.

Alio modo ꝓ toto coordinatione p̄dicamentali. ⁊ vtroqꝫ istoꝝ modoꝝ adhuc potest accipi dupliciť. Vno modo ꝓ ꝑ se significato. Alio mō ꝓ denomīato. Ex isto inferť ꝙ p̄dicamētū acceptū pro sup̄mo p̄dicato ⁊ pro ꝑ se significato est huius scientie subiectū attributionis. patet. qa sibi cōueniūt cōditiones subiecti attributionis. igiť. Sed cōtra istud obijcitur dupliciter. Primo ꝙ p̄dicatū sic acceptū nō habet aliquas passiones. Scd̄o. qa qcqd est subiectū huius scientie debet esse vniuocū decē p̄dicamentis. sed p̄dicatū cōmuniť acceptū nō est vniuocū cū decē p̄dicamentis. cū sit p̄dicatū intētionale. igiť. Ad p̄mū diciť negando antecedēs. qa habet passiones que sunt diuisibiles in species vlterius diuisibiles. ⁊ nihil habere supra qd̄ diuidať ꝑ differētias formales ⁊c̄. Ad scd̄m diciť negando minorē. licet eñ intētio p̄dicamēti nō dicať vniuoce de decē p̄dicamentis tamē est p̄dicatū vniuocū ꝗ̄bꝫ. qa ad esse vniuocū p̄dicatū nō requiritur ꝙ cconeptus vnitatis sit essentialis vniuocatis. sed sufficit ꝙ sit vnū ⁊ nomen sit vnū. ⁊ qa generalissimū ⁊ p̄dicamētū sic acceptū sunt synonima. ideo idem est ponere generalissimū aut p̄dicamētū pro subiecto huius scientie.

Scd̄a difficultas Utrū tres diffinitiones antep̄dicamētales sint a philosopho sufficienť assignate.

¶ Pro cuius declaratione supponiť p̄mo ꝙ diffinitio equocoꝝ sic est explicāda. Equoca dicūť esse entia quoꝝ vt significatoꝝ solū nomē significās est cōmune. id est sola vox est eadē. ⁊ scd̄z illd̄ nomē ratio substātie. id ē ꝯcept⁹ substātialis vel q̄liats a qua nomē iponiť ē diuersa. Et oēs iste particule sunt declarate ī sumulis. Diffinitio aūt vniuocoꝝ debet sic explicari. Vniuoca dicunť esse entia quoꝝ nō vt significatoꝝ. sed ꝓut cōtentoꝝ sub subiecto nois vniuoci nomē est cōmune. ⁊ ratio substātie. id est cōcept⁹ substantialis vel q̄ditas significata scd̄m illud nomē est eadē. Diffinitio autē denominatiuoꝝ sic est explicanda. Denominatiua dicunť que sunt dicibilia quecūqꝫ. id est illa aliquo scilicet abstracto solo casu. id est sola terminatione vocis differētia sunt. ⁊ scd̄m illud nomen scilicet denominatiuū habēt applicationē. id est ad aliā naturā ꝓulsionē. Et oīm istoꝝ declaratio patuit in sumulis. ¶ Scd̄o supponiť ꝙ duplex est equocū. equocās ⁊ equocū equocatū. Et vtrūqꝫ adhuc est duplex. scilicet equocū a casu ⁊ equocū a cōsilio. qd̄ solet vtrūqꝫ dici annalagū. Duplex est tamen analagū. scilicet analagū vniuocū ⁊ analogū equocū. Preter istos modos equoci adhuc equocū potest accipi dupplicitē. Vno modo ꝑ ꝑ se significato. Alio

modo ꝓ denomiato. ¶ Ex his inferť ꝙ hic diffiniunť equoca equocata ⁊ nō equoca vniuocātia. summēdo equoca equocata ꝓ ꝑ se significatā. Et similiť etiā ꝑ diffinitionē vniuocoꝝ diffiniūť vniuoca vniuocata formaliť accepta. ¶ Ex his potest inferri ꝙ p̄dicte diffinitiones sunt sufficienť assignate. Circa eas querunť quattuor parua dubia. Primū. vtrū ois ťmin⁹ possit esse equocus. Ad qd̄ diciť p̄mo ꝙ nullus ťmin⁹ mētalis q̄ est naturalis similitudo rei ad extra est equocus. patet. qa nihil potest esse naturalis similitudo rerū diuersarū rationū. Sed si terminus mētalis esset equocus esset siłitudo rerū diuersaꝝ rationū. igiť. Diciť scd̄o ꝙ ois ťmin⁹ vocalis aut sc̄ptus significatiu⁹ alicui⁹ rei potest esse equoc⁹ a cōsilio. patet. qa ois talis ťmin⁹ significat p̄ncipaliť illā substātiā ⁊ excōsequēti similitudinē ei⁹. sicut sunt isti ťmini animal. homo. leo. ⁊ sic de alijs. Diciť tercio ꝙ nō ois ťmin⁹ vocalis aut sc̄pt⁹ p̄t esse equocus a ꝯsilio. patet p̄mo. qa iste terminus chymera. ⁊ sic de alijs terminis figmētoꝝ nō potest esse equoc⁹ hoc modo cū nō sit chymera nisi ficta. Scd̄o patet. qa tunc esset ꝓcessus in infinitū in trāsumptiōibus. qa si animal significet equoce animal viuū ⁊ animal pictū queriť vtrū animal pictū sit equocū a cōsilio. ⁊ si nō haberetur intentū. Si sic queriť que sunt ei⁹ equocata a cōsilio. ⁊ nō possunt esse nisi animal pictū ⁊ similitudo animalis picti. Et si querať vlterius vtrum similitudo animalis picti sit equocū a cōsilio. ⁊ si nō habeť intentū. Si sic queriť vt prius. Secūdo patet de noibus significātibus accidētia. In accidentibus eñ nihil potest esse similitudo alterius accidētis quin sit eiusdē rationis cū eo ⁊ significeť vniuoce cū eo ꝑ illud nomen. vna eñ albedo nō potest esse similitudo alterius albedinis quin ipsa sit eiusdē speciei cuꝫ ea. ¶ Scd̄o queriť. vtrū ad equocationē nois sufficiat inequalitas participatiōis eiusdē nois. Ad qd̄ dr̄ p̄mo ꝙ nō. patet. qa ad equocationē reqriť diuersitas ratiōis. vt patet ꝑ diffinitionē equocoꝝ. ergo si ratio nominis sit eadē qualiťcūqꝫ participetur illud nomē nō est equocū. Dicitur ꝙ ad ad equocationē nois a casu sufficit diuersitas ratiōis. Sed ad equocationē nois equoci a consilio reqrunť duo copulatiue scilicet diuersitas rationū ⁊ attributio vnius rationis ad aliā. Et quo sequiť ꝙ inequalis participatio nois solū repetiť in vniuocis. ¶ Tercio queriť vtrū ad vniuocationē sufficiat vnitas cōceptus mentalis quo mediante oīa vniuocata concipianť. vel requirať aliqua q̄ditas cōmunis ꝑ terminū vniuocū significata quā participāt vniuocata. Ad qd̄ diciť vno modo ab aliquibus. ꝙ ad hoc ꝙ aliqua vox sit vniuoca pluribus sufficit ꝙ significet ea vnico cōcep

ptu. sic ꝙ in significando ea subordinet tm̄ vni cōceptui. nec requirit ꝙ si
gnificet aliquid cōmune eis. Et ad hoc ꝙ aliqua vox sit equiuoca sufficit
ꝙ significet plura diuersis cōceptibus. ¶ Sed cōtra istud obijcit primo
qꝛ si sic sequeret ꝙ aliqđ nomē esset vniuocū omi entitati positiue. Con
sequens est falsum. igit̄ cōsequētia patet. qꝛ alicui noi potest correspōde
re immediate vnus cōceptus quo omis entitas positiua cōcipiet. Falsi
tas aūt cōsequētis patet. qꝛ si esset aliquod nomen vniuocum omi enti.
positiue. vel illud contraheretur ad sua inferiora per aliquid vel per nihil
Non per nihil vt notū est. Nec per aliquid. qꝛ contractū debet esse extra
rationem contrahentis. vniuocum aūt nō est extra rationem vniuocati
Scđo sic. Si ad vniuocationē sufficeret vnitas conceptus sequeretur ꝙ
hoc nomen canis nō esset equiuocū. qꝛ vnico actu concipiendi sub pro
prijs rationibus possunt concipi sua significata. Sequeret etiā ꝙ omia
vniuocarent in vnitate speciuoca. ymmo in vnitate numerali. Patet. qꝛ
omia que sunt sub ꝓprijs rationibus possunt vnico conceptu concipi ⁊
distincte. Intellectus em̄ vnico conceptu distincte se ⁊ alia a se cōcipit sub
ꝓprijs rationibus. Et etiam sequeret ꝙ sicut omēs rose dicunt esse eadē
specie ꝓpter vnitatem conceptus mentalis. eadem ratione deberent dici
vna rosa numero propter vnitatem numeralem ipsius conceptus. Sed
omia illa sunt inconuenientia. igit̄. Ideo alit̄ dicit ꝙ ad vniuocationem
requirit vnitas quiditatis significate per terminū minor vnitate nume
rali. ad hoc em̄ ꝙ aliquid sit vniuocū requiritur ꝙ significet aliquam qui
ditatem multis cōmunicabilem ipa existente vna ⁊ indiuisa in illis multis
partita. Ex quo sequitur ꝙ quāuis terminus singularis posset esse equiuo
cus. tamen nō potest esse vniuocus cum nō significet quiditatem cōmu
nicabilē multis. ¶ Quartum dubium. vtrū equiuocum sit vniuocū. Ad
quod dicitur ꝙ vniuocū ⁊ equiuocū possunt accipi dupliciter. Vno mo
do pro equiuocis equiuocatis ⁊ vniuocis vniuocatis. Alio modo pro
vniuocis vniuocantibus ⁊ equiuocis equiuocantibus. ⁊ vtroqꝫ modo
adhuc dupliciter. Vno modo formaliter. Alio modo fundamentaliter.
Et formaliter adhuc dupliciter. Vno modo vt quid. Alio modo vt mo
dus.

Ex his inferunt sex corollaria Pri
mū. Equiuoca fundamentaliter capta sunt vniuoca vniuocata funda
mentaliter capta. Patet. qꝛ piscis marinus. sydus celeste ⁊ animal latra

bile que sunt equiuoca respectu hu⁹ termini canis. ⁊ vniuocata respectu
huius tirmini substantia. vel respectu huius termini corpus. ¶ Scđm
corollariū. Equiuoca equiuocata formaliter capta sunt vniuoca vniuo
cata formaliter capta. Et hoc accipiendo equiuoca vt quid ⁊ vniuoca vt
modus. patet. qꝛ intentio equiuocorum vniuocatur in hoc communi
equiuocatū. ¶ Terciū corollariū. Equiuoca ⁊ vniuoca formaliter capta
⁊ vtrūqꝫ vt quid. vel vtrūqꝫ vt modus non possunt predicari de se inui
cem. patet. qꝛ sunt opposita. ⁊ vnū oppositū nō predicat de alio. ¶ Quar
tum corollariū. Equiuocū equiuocans ⁊ vniuocū vniuocans capiendo
vtrūqꝫ fundamentaliter equiuocū equiuocans est vniuocū vniuocans.
patet. qꝛ canis est equiuocum equiuocans respectu suoꝝ trium significa
torum. ⁊ tamen est vniuocū vniuocans respectu vnius eoꝝ. ¶ Quintum
corollariū. Equiuocū equiuocans est vniuocū vniuocās capiendo vtrū
qꝫ formaliter. ⁊ equiuocū vt quid. ⁊ vniuocū vt modus. patet. qꝛ equiuo
cū equiuocans predicat de pluribus scđm idem nomen ⁊ eandē rationē
scilicet de omibus equocantibus. ¶ Sextū corollariū. Equiuocū equiuo
cans nō est vniuocū vniuocans capiendo vtrūqꝫ formaliter ⁊ ambo vt
quid vel ambo vt modus. patet. qꝛ illo modo opponunt. ergo nō pos
sunt de se predicari inuicem. Ex his patet in quo sensu sit ista proposi
tio. Plures autem sensus possent dari de ea que per predictas possent
manifestari.

Tercia difficultas Utrū termin⁹
cōcretus accidentalis significet formā accidentalē vel subiectū ipius for
me. vel aggregatū ex forma ⁊ subiecto. Ad quā dicunt aliqui ꝙ talis ter
minus significat aggregatum ex vtroqꝫ. Probat primo auctoritatibus
Prima est philosophi septimo methaphisice dicentis. ꝙ in dictis scđm
accidens sicut sunt album ⁊ similiter musicum nō est idem ꝙ quid est cū
eo cuius est propter duplex significare. Secunda est commentatoris pri
mo phisicorum dicentis. Illud quod significat hoc nomen album non
est idem scđm diffinitionem. quia significat albedinem ⁊ recipiens illam
Tercia est eiusdem duodecimo methaphisice dicentis. ꝙ concretum ac
cidentis significat ambo scilicet subiectum ⁊ formam. ¶ Secundo pro
batur rationibus. Prima. Significare est intellectum constituere de re.
Ut inquit philosophus aristoteles in primo libro periarmeniarum.

Sed terminꝰ cōcretus accidentalis cōstituit intellectū de subiecto forme accidentalis. ꝛ de ipā forma. igiṫ significat eā. Prima pars minoris ꝓbaṫ dupliciṫ. Primo. qa impossibile est formā accidētalē esse sine subiecto. ergo impossibile est eā intelligi sine suo subiecto. ꝛ ꝑ cōsequēs nec significari cum vnūquodqꝫ sicuṫ se habet ad intelligi. sic se habet ad esse. vt dicitur secundo methaphisice. Scdo patet qa subiectuꝫ prius est cognitione qꝫ suū accidēs. ergo ꝓlata voce prius intelligiṫ subiectū qꝫ accidēs. ¶ Scda ratio. Illud significat nomē pro quo supponit. eo ꝙ suppositio ꝓsuppo-nit significationē. ꝛ suppositio est acceptio termini ꝓ re significata ꝑ ipm sed nomē cōcretū supponit pro subiecto. ¶ Tercia ratio scdꝫ philosophū quarto methaphisice. idem significat nomē ꝛ diffinitio eius. sed diffinitio termini cōcreti accidētalis significat subiectū qd in ea poniṫ. igiṫ. ¶ Quarta ratio. Dictio exclusiua addita alicui t̄mino excludit oē illud qd est extra significatū termini cui addiṫ. Sed dictio exclusiua addita termino alicui cōcreto accidētali nō excludit subiectū. qa bene sequiṫ. Tm̄ albū currit ergo animal currit. ergo terminus cōcretus accidentalis significat subiectū. ꝛ cū hoc significat formā. ergo sequiṫ ꝙ significat aggregatū ex vtroqꝫ. ¶ Sed cōtra istud obijciṫ quadrupliciṫ. Primo qa idem significat terminus cōcretus ꝛ eius abstractū. sed abstractū significat solā formā. Maior patet ꝑ philosophū in textu dicentē ꝙ denominatiua. id est concreta differūt in solo casu. id est in sola cadētia vocis vel mō significādi scdm qd ↄcretū significat formā cū cadētia ad subiectū ꝛ nō abstractū. Scdo sic. Illud qd est ꝑ se in genere nō significat aggregatū ex subiecto ꝛ accidēte. Sed cōcreta sunt ꝑ se in genere. ergo cōcretū nō significat ꝑ se subiectū. Minor patet ꝑ philosophū q̄ diffinit qualia in cōcreto ꝛ etiā ad aliqd. Tercio sic scdm philosophū in hoc libro. albū solā qualitatē significat. ergo nō significat subiectū. Quarto sic. Illud nō significat terminus qd potest nō significare. ꝛ ꝓ quo potest nō supponere. Sed terminus cōcretus accidentalis potest nō significare subiectū illius forme accidētalis. ꝛ ꝓ eo nō supponere. vt patet de isto termino albus quando diciṫ de aliquo subiecto. si illud subiectū fiat nigrum amplius non potest supponere pro eo. igitur nō significat ipsum. Aliter dicitur ab alijs ꝙ terminus concretus accidētalis solum significat subiectum. sed consignificat vel connotat formam accidentalem per modum adiacentis illi subiecto. Et sic scdm eos primo significat subiectum ꝛ ex consequenti formam accidentalē. Sed cōtra istud possunt adduci rationes immediate posite.

Et adhuc arguiṫ sic auctoritate ↄmētatoris qd facit q̄nto methaph. ↄmēto decimoq̄rto cōtra auicennā. qa tūc dicēdo corpus albū. vl' nasus simus intelligereṫ subiectū infinities. qd est falsum. Patet. qa quādo aliqd intelligiṫ in alio. si addaṫ illi adhuc intelligiṫ. qa voces nō cadūt a suis significatis. ergo si ꝑ albū p̄mo significeṫ corpus. idem erit dicere corpus albū sicut corpus corpus albū. Et vltra cū ly albū significet corpus erit idem dicere sicut corpus corpus album. ꝛ sic ininfinitū. Ex quo infert cōmentator ꝙ licet auicenna estimauerit ꝙ hoc nomē albū p̄mo significat substantiā ꝛ scdo accidēs. tamē est ecōtra. p̄mo significat accidēs ꝛ scdo substantiā. Alius est modus dicendi. Pro quo p̄mittunṫ due distinctiones. Prima. aliqꝫ potest significare aliqd dupliciṫ. Vno modo ꝓprie ꝛ p̄ncipaliṫ. qa scilicet est impositū ad significandū illud. Alio modo cōsequēter. scilicet qa vel dat intelligere illud ex cōsequēti qꝫuis nō ꝓprie sit impositū ad significandū ipm. vel qa cōcomitaṫ p̄ncipale significatū ad qd significandū est impositū. ꝛ hoc modo cōcretū significat subiectū ꝛ totum partes quodāmodo. vel qa est ↄtentū sub p̄ncipali significato vel aliquo alio modo. Scda distinctio. quelibet forma accidentalis dupliciter potest cōsiderari. Vno modo cū p̄cisiōe a subiecto. ꝛ isto modo significaṫ ꝑ terminū abstractū. Alio modo potest cōsiderari cū cōcretiōe ꝛ habitudine ad subiectū. ꝛ isto mō significaṫ ꝑ terminū cōcretū. Ex quo sequiṫ ꝙ sicut est eadē essentia forme que intelligiṫ cū p̄cisiōe a subiecto ꝛ cū cōcretione ad subiectū. ita est eadē essentia forme que significaṫ ꝑ terminū abstractū ꝛ cōcretū. licet hoc sit diuersis modis significandi. ¶ His p̄missis dicitur p̄mo ꝙ terminus cōcretus accidētalis significat ↄsequenṫ subiectū scilicet significatiōe cōcomitantie. Patet. qa subiectū cōcomitaṫ p̄ncipale significatū t̄mini cōcreti. igiṫ. Dicit scdo ꝙ t̄minꝰ cōcretꝰ nō significat ꝓprie ꝛ p̄ncipaliṫ subiectū. sed solā formā. Probaṫ auctoritatibus ꝛ rationibus. Prima auctoritas est philosophi dicentis ꝙ denominatiua solo casu differunt ab abstractis. ergo nō differūt in p̄ncipali significato. Secunda est eiusdē inferius vbi dicit albū nihil aliud qꝫ qualitatē significat. Prima ratio. Si terminꝰ cōcretꝰ significaret subiectuꝫ sequereṫ ꝙ iste terminꝰ albū fuisset impositus ad significandū hoiem equū ꝛ bouē ꝛ vniuersaliter oīa corpora mundi cū oīa illa ꝑ aliquā potentiā possint esse alba. Cōsequēs est manifeste falsum. igiṫ. Falsitas cōsequētis patet p̄mo qa ille q̄ imposuit hanc vocē albū ad significandū nō credidisset ꝙ albuꝫ potuisset verificari de oībus corporibus. Scdo patet. qa si sic voces caderent a sua significatione. nec posset aliquis mouere digitū quin aliquis

Terminꝰ ↄcretus prop̄e solā formā significat.

vox significaret aliud pncipalit̄ qd̄ prius nō significauit. vel oporteret cōcedere q̄ qlibet termin⁹ cōcretus iā actu significet pncipalit̄ oīa illa que possunt esse subiecta forme informate p ipm̄. ⁊ sic albū ⁊ coloratū pcise significarent eadē ⁊ vnū esset ita cōmune sicut aliud. cū nō possit aliqd̄ esse subiectū coloris qd̄ nō possit esse subiectum albedinis. Scdo sequeret̄ q̄ omnia cōcreta importantia formas corporales pcise eadē significarent de significatiōe pncipali. ⁊ sic albū ⁊ nigruʒ idē significarent. qd̄ est absurdū. Scda ratio. Si cōcretū significaret subiectū tūc diffinitio data p subiectū nō esset diffinitio p additamēta. qd̄ est contra philosophū septimo methaphisice. cōsequētia patet. qa qcqd ponere in diffinitione eius esset eius essentia. Pro ista opinione faciūt ratiōes suprapositē ɔtra pmā opinionem ⁊ scdam. ¶ Ad ratiōes pme opinionis. Ad auctoritatē dicitur q̄ accipit̄ ibi significare cōmunit̄. Ad pmā rationē dicit̄ q̄ terminus accidentalis cōcretus nō cōstituit pncipalit̄ intellectū de suo subiecto. sed solū cōcomitant̄. ¶ Ad scdam dicit̄ negando maiorē. si accipiat̄ significare ꝓprie. Unde illa maior solū est vera in suppositione simplici ⁊ discreta in qua terminus significat ⁊ supponit pro natura cōmuni quā pncipaliter significat. Ad terciā dicit̄ q̄ maior habet veritatē de diffinitione nō data per additamentū. Ad quartā dicit̄ negando maiorē. vt patebit in exponibilibus. quandocūqʒ dictio exclusiua addit̄ termino cōcreto faciēdo ꝓpositionē exclusiuā talis ꝓpositio est impossibilis si excludat oēe aliud a subiecto. Si tamē dictio exclusiua capiat̄ improprie solū excludit illud qd̄ vere negat̄ de subiecto. ideo negat̄ maior.

Quarta difficultas. Utrū aliqua

pdicatio essentialis vel qditatiua possit esse denomīatiua. Pro cuius solutione supponit̄ pmo. duplex est pdicatio scilicet equiuoca ⁊ vniuoca. Predicatio vniuoca est duplex quedā essentialis. alia accidētalis. Predicatio essentialis est illa cuius pdicatū est tota essentia vel pars essentie subiecti. Predicatio accidentalis est illa cuius predicatuʒ nec est essentia. nec pars essentie subiecti. sed est extra conceptū essentialē eius. Sed cōtra istā diffinitionē obijcit̄. pdicatio essentialis ⁊ pdicatio denominatiua idem sunt. Sed predicatio denominatiua nō est predicatio vniuoca. cum hec ex opposito distinguat̄ scdm philosophū q ponit tres modos pdicādi. scilicet pdicari vniuoce. equiuoce ⁊ denominatiue. ergo male diuidit̄ predicatio vniuoca in accidentalē ⁊ essentialem. Ad istud dicit̄ q̄ predicatio vniuoca accipit̄ dupliciter. Uno modo specialiter pro predicatione in

qua predicatū est de quiditate subiecti. ⁊ isto modo sunt tres pdicatiōes nec diuidit̄ in predicationē accidētalē. Alio modo accipitur generaliter pro omī predicatione cuius predicatū habet tm̄ vnū nomen ⁊ vnam rationem. siue sit essentialis siue nō. ⁊ isto modo nō sunt nisi due predicationes scilicet vniuoca ⁊ equiuoca. ⁊ sic diuidit̄ in predicationē accidentaleʒ ⁊ essentialē. ¶ Secūdo supponit̄ q̄ predicatio essentialis est duplex. quedam sunt cui⁹ extrema sunt abstracta vltimata abstratione. cuiusmodi est abstractio nature a suppositis. vt equinitas est equinitas. ⁊ ista tenet primū gradū predicationis quiditatiue. Alia est predicatio essentialis. cui⁹ extrema sunt equaliter cōcreta cōcretione ad supposita. cuiusmodi sunt ista. homo est animal. ¶ Tercio supponit̄ q̄ pdicatio denominatiua est duplex. vna est que summit̄ a posteriori ⁊ ab accidente. Et isto modo ista est denominatiua. homo est iustus. Alia est pdicatio denomīatiua que summit̄ ab aliquo essentiali priori. siue tale prius sit de cōceptu quiditatiuo posterioris siue nō. ⁊ scdm hoc iste sunt denominatiue. homo est animal. homo est rationalis. homo est ens. rationale est animal.

His suppositis dicit̄ pmo q̄ nulla

predicatio essentialis cuius extrema sunt abstracta vltimata abstratione est denominatiua aliquo modo patet. qa ad omnē denomiuationē requiritur aliqua concretio que datur intelligi per illā particulā appellationeʒ positam in diffinitione denominatiuoꝝ. sed in tali predicatione nulla est cōcretio. Dicit̄ scdo q̄ nulla talis predicatio vltimate abstractorū est vera in creaturis per ydemptitatem. Sed omīs talis si sit vera est formalis ex eo q̄ in tali predicatione denotantur extrema omīmode esse eadem. et nullo modo esse distincta. In diuinis autem talis potest esse vera p ydēptitatem. licet nō sit formalis. ⁊ hoc est propter infinitatem per quā omnia que sunt in deo ydemptificantur realiter cum deo. cuiusmodi sunt iste Deitas est bonitas. Iusticia est bonitas. ⁊ sic de alijs predicationibus que fiunt in terminis diuinis. Dicunt tamen aliqui q̄ licet in terminis pdicamentalibus nulla talis predicatio reperiatur vera quando sit formalis. tamen in transcendentibus propter eorum cōmunitatē ⁊ infinitatem permissiuam tales predicationes vltimate abstractoruʒ possunt esse vere per ydemptitatem. quia ratio entis vltimata abstractione abstracta videtur posse dici de omnibus rationibus quiditatiuis. eo q̄ omnes rationes quiditatiue sunt quedam entitates.

In creaturis nulla pdicacio vltimate abstractorū est vera

tas est genus generalissimū. patet ꝑ diffinitionē generis generalissimi. Et si dicat̄ habet aliqd ante se scilicet substātiā. igit̄. Dico ꝙ habet substātiam ante se tanq̄ subiectū. sed nõ tanq̄ p̄dicatū dictū q̄ditatiue de ea. Et si dicat̄ vlteri⁹ ꝙ habet diffiniri ꝑ substātiā. qa omē accidēs diffinit̄ ꝑ suū subiectū. ergo habet substātiā ante se tanq̄ p̄dicatū q̄ditatiuum. Dicit̄ ꝙ ip̄a diffinit̄ ꝑ substātiā diffinitiõe data ꝑ additamentū. ⁊ nõ diffinitiõe q̄ditatiua. partes aūt diffinitiõis date ꝑ additamētū non sunt p̄dicata q̄ditatiua diffiniti. Dicit̄ scd̄o ꝙ quātitas distinguit̄ ab alijs p̄dicamētis. patet. qa habet vnā ꝓpriā rationē. ⁊ vnū ꝓpriū modū p̄dicandi distinctū a modis p̄dicādi ⁊ ratiõibus alioꝝ p̄dicamentoꝝ. igit̄ distinguitur ab eis. Antecedens est notū ex supradictis.

Scd̄a difficultas Utrū numer⁹ ⁊

oratio sint quātitates discrete a rebus quas mēsurāt realit̄ distincte. Pro cuius solutiõe supponit̄ p̄mo ꝙ oratio potest accipi duplicit̄. Uno modo ꝓ eo qd̄ ꝑ se significat. ⁊ sic est quedā relatio rationis fundata super sermo cõplexo. ⁊ isto modo de oratiõe fiet sermo p̄mo periarmenias. Alio modo accipit̄ ꝓ eo qd̄ denomīat. ⁊ hoc triplicit̄. Uno modo accipit̄ pro oratione mētali. ⁊ isto modo oratio ꝑtinet ad p̄mā speciē qualitatis. Secūdo accipit̄ ꝓ oratiõe scripta. ⁊ hoc adhuc duplicit̄. Primo vel accipit̄ pro materia ex qua talis oratio ē cõposita. cuiusmodi est incaustū. ⁊ sic ꝑtinet ad p̄dicamētū substātie. Uel accipit̄ ꝓ ꝓtractiõe litterarum. ⁊ sic ꝑtinet ad quartā speciē qualitat̄. Tercio accipit̄ ꝓ oratiõe vocali ⁊ hoc triplicit̄. Uno mō accipit̄ ꝓ sono aut ꝓ voce ꝓlata ⁊ sic ꝑtinet ad t̄ciā speciē qualitatis. Scd̄o mō accipit̄ ꝓ actiua ꝓlatiõe ip̄i⁹ oratiõis. ⁊ sic ꝑtinet ad genus actiõis. Tercio mō accipit̄ ꝓ discretiõe seu mēsura syllabaꝝ ꝓlataꝝ sibiinuicē succedētiū. ꝯm qd̄ dicim⁹. hec syllaba est breuis. ⁊ illa lõga. ⁊ isto mō accipit̄ hic oratio. ⁊ potest sic diffiniri. Oro ē mēsura discreta ⁊ successiua vocis ꝯposite ex partib⁹ discret̄ sibiinuicē in ꝓlatiõe succedētib⁹. Unde vocis ꝯposite ⁊ ꝓlate sunt tres mēsure. sc3. tēpus. numer⁹ ⁊ oro. tēpus quo ad ꝓlationē. numerus quo ad partes eius discretas absolute. Et oratio est mēsura pro vt partes eius discrete sibiinuicem succedunt.

¶ Secūdo supponit̃ q̄ numerus tripliciter potest accipi. Vno modo p̄ numero numerato que est res numerata. Alio modo pro numero numerante que est aīa. ⁊ istis duobus modis nō accipit̃ hic. Tercio modo accipit̃ pro numero quo nos numeramus scilicet pro quadā quantitate discreta que causat̃ ex diuisione cōtinui. Et isto modo accipit̃ hic ⁊ diffinit̃ sic. Numerus est multitudo ex vnitatibus aggregata. ⁊ p̄ter istos numeros adhuc est quidā numerus trāscēdēs q̄ cōponit̃ ex vnitatib' transcendentibus. ⁊ causat̃ ex diuisione entitatū. Iste aūt potest reperiri in om̄ibus rebus mūdi. Nā cū om̄is res sit vna vnitate entitatiua potest cū alia re causare binariū. sed ille binarius nō est res distincta ab ipis rebus numerat̃ eo q̄ cōponit̃ ex vnitatibus que sunt res realiter numerate.

His suppositis dicit̃ p̄mo q̄ oratio est quātitas discreta. patet p̄ philosophū in textu. Dicit̃ secūdo q̄ oratio est a re quā mensurat realiter distincta. Probat̃. qa quādo aliqua duo sic se habēt q̄ vno manente eodē aliud variat̃ ⁊ diuersificat̃ illa sunt realit̃ distincta. sed oratio ⁊ id qđ mensurat sunt huiusmodi. Nam mensurato existente vno ⁊ eodē neq̄ variato oratio potest mutari de breuitate in longitudinē ⁊ ecōtra. igit̃. Dicūt tamē hic aliq̄ q̄ oratio nō est quātitas. ⁊ p̄bant. qa philosophus enumerās q̄nto methaphisice sufficienter species quantitatis nō posuit orationē. q̄ aūt hic posuit hoc nō est scđm opinionē p̄priā. sed scđm opinionē famosam tēpore suo. Dicit̃ tercio q̄ numer' quantitatiuus distinguit̃ realit̃ a rebus numeratis. p̄bat̃ multipliciter. Primo sic scđm philosophū q̄nto methaphisice bis tria nō sunt sex. sed si numerus esset realiter res numerata bis tria essent sex. igit̃. Secūdo sic. numerus est sensibile p̄ se vt vult philosophus scđo de aīa. sed res numerate nō sunt sensibilia p̄ se. sed sensibilia p̄ accidens. ergo res numerate non sunt realiter numerus. Tercio sic. illa sunt realiter distincta quoꝝ vnū potest corrūpi altero nō corrupto. Sed numerus potest corrūpi manētib' rebus numeratis. vt patet. si vniant̃ due magnitudines corrūpit̃ eaꝝ dualitas. qa amplius nō sunt due. sed vna. igit̃. Quarto sic. Om̄e accidēs realiter distinguit̃ a suo subiecto. sed numerus est accidēs. cū sit species quantitatis. ergo numerus distinguit̃ realit̃ a rebus numeratis. ¶ Sed cōtra istud dictū arguit̃ quadrupliciter scđm cōmentatorē q̄rto phisicoꝝ. mens facit numerū in subiecto p̄parato. ergo numerus nō est forma accidentalis p̄ter aīam distincta a reb' numeratis. Secūdo sic scđm philosophū quarto methaphisice. Mensura vocū est vox magnitudinis magnitudo vnitatū vnitas. sed nō numeroꝝ numerus. sed si numerus esset res distincta a rebus numeratis sicut magnitudo a re magna mensurat̃ nō videt̃ causa quare numerus nō esset mensura numeroꝝ sicut magnitudo est mēsura magnitudinis. Tercio sic. forma distinguit̃ ⁊ multiplicat̃ ad distinctionē ⁊ multiplicationē materie. sed materia numeri que est res numerata nō est aliq̄d vnū. ergo nec numerus est aliq̄d vnū ⁊ p̄ cōsequēs nō est accidens distinctū a rebus numeratis. Quarto sic. Si numer' distingueretur a rebus numeratis sequeret̃ p̄mo q̄ agens p̄ducens aliqđ ens produceret tot entia quot erant in mūdo. cōsequēs est falsum. igit̃. Cōsequentia patet. qa vno p̄ducto p̄ducit̃ binarius. ergo in quolibet ente producunt̃ tot binarij quot prius erant entia. Secūdo sequeret̃ q̄ agens naturale posset p̄ducere formā absolutā in quacūq̄ distantia. Nam si agēs naturale p̄duceret aliquā vnitatē tunc cū quocūq̄ alio vno etiā in quantacūq̄ distantia faceret binariū. Ad p̄mū istoꝝ dicit̃ q̄ numerus accipit̃ dupliciter. Vno modo p̄ quantitate discreta que causat̃ ex diuisione continui. ⁊ sic mens nō facit numerū. sed numerus est in rebus seclusa mente. Alio modo accipit̃ numerus p̄ numero transcendente q̄ dicit̃ numerus essentiarū. ⁊ tali numero numerant̃ partes existentes in cōtinuo. inter q̄s nō est aliq̄s numerus p̄dicamentalis eo q̄ nō sunt a seinuicem diuise ⁊ discrete. tamē mens facit inter eas discretionē. dicēdo vnā nō esse aliā. ⁊ vnā cū alia facere multitudinē. ⁊ sic intelligit cōmentator q̄ mens facit numerū. id est discretionē inter ea que nō sunt discreta. intellectus enī potest diuidere ea que sunt coniuncta in re. vt habet̃ vndecimo methaphisice. ⁊ de vno qđ est vnū quātitatiue potest p̄prie facere multitudinē entitatiuā. Ad secūdam dicit̃ q̄ multiplex est mensura. Quedā est mensura p̄fectiōis. ⁊ sic p̄ma causa est mensura omniū q̄ ex accessu ⁊ recessu ad eam causat̃ p̄fectio cuiuslibet entis. Secūda est mensura duratiōis. vt tempus. Tercia est mēsura p̄cisionis. ⁊ sic om̄is causa est mensura proprij causati. ⁊ sic dicit̃ q̄nto methaphisice q̄ sensibile est mensura sensus. Quarta est mensura extensionis ⁊ ista est duplex. qa quedā est adequata que adequate significat quantitatem sicut vna vlna panni. Alia est inadequata. que multociēs accepta significat quantitatē rei. vt vlna decies capta mensurat pannū decē vlnaꝝ. Et de ista mensura dicit philosophus q̄ debet esse minima. supple ad cōparationē ad mensuratū. vnitas ergo est mensura numeroꝝ p̄ replicationem eo q̄ aliquotiens accepta redit numerū. tamē nō est mēsura adequa

o

ta. qa nulli numero adequat̄. binarius aūt bene est mensura alterius binarij adequata. Sed numerus nō est vniuersalit̄ mensura numeroꝝ. Et hoc voluit dicere philosophus. Ratio aūt diuersitatis in magnitudine ꝛ numero est. qa omi magnitudine data cōtingit dare minorem. sed nō in numero. Ad terciū dicit̄ ꝙ forma distinctione extrinseca distinguit̄ per materiā. sed nō distinctione intrinseca. ꝛ sic nō oportet numerū formarū esse tm̄ diuersificatū quantū est sua materia. Vel alit̄ dicit̄ ꝙ maior est vera de accidētibus cōtinuis que nō habent esse simul ꝛ semel in diuersis subiectis. nec scd̄m se totā. nec scd̄m suas partes. sed nō est vera de accidentibꝰ discretis que scd̄m suas partes habent esse in diuersis subiectis. Ad quartū dicit̄ pmo negando pmā cōsequētiā. Et ad pbationē r icit̄ ꝙ licet producēs aliqd̄ cōtinuū pducat tot binarios quot prius erant entia continua. tamē nō produeit tot entia. ꝛ ratio est. qa illud ens cum entibus non quantitatis nō facit binariū quantitatiuū. licet faciat binariū transcendētem. q̄ nō distinguit̄ a rebus numeratis. Et si arguat̄ ꝙ ille binarius componatur ex vnitate q̄ntitatiua. ergo est q̄ntitatiuus. Dicit̄ negādo antecedens. Nam quādo aliqd̄ quantū numerat̄ cū nō quanto numeratio fit p vnitates trāscēdētes. patet. qa cū t̄minis numeralibus semp subintelligitur aliqs terminꝰ trāscēdēs. puta ens vel aliqd̄ aliud. Dicit̄ scd̄o ꝙ nō est incōueniēs agens naturale pducere formā absolutā nō habētē cōtrarium in quacūqꝫ distantia. Qd̄ patet. qa si distātia solis a terra esset maior i decuplo q̄ꝫ sit adhuc sol posset pducere lumē sup terrā. Sed hoc est incōueniēs de forma absoluta habēte cōtrariū. qd̄ contrariū impedit actionem agentis ne agat vltra certā distātiā. Numerus aūt est forma absoluta nō habēs cōtrariū. Dicit̄ quarto ꝙ numerus est quantitas discreta. patet p philosophum in textu.

Tercia difficultas Utrū linea: superficies ꝛ corpus sint species quantitatis cōtinue inter se ꝛ a rebꝰ quas mensurāt realit̄ distincte.

¶ Pro cuiꝰ solutiōe supponēdū est qd̄ sit linea. qd̄ supficies. ꝛ qd̄ corpus. ꝛ quot modis summit̄ corpus habet̄ in sumulis. ¶ Scd̄o supponit̄ ꝙ sicut in discretis est ordo. ita ꝙ materiale vnius speciei distincte est pars alteriꝰ. vt puta vnitates materiales binarij sunt partes ternarij. ꝛ vnitates ternarij sunt partes materiales quaternarij. et sic cōsequent̄ nihilominꝰ inter illos numeros est distinctio specifica. sic est in cōtinuis ordo ꝙ materiale vnius speciei est pars materialis alteriꝰ speciei vel saltē terminꝰ eius. ꝛ sic inter ipa cōtinua est distictio specifica

¶ Tercio supponit̄ ꝙ in qualibet istaꝝ triū specieꝝ sunt quedā indiuisibilia subijcibilia. vt in linea puncta. in supficie linea ꝛ in corpe supficies. Probatur dupliciṫ. Primo auctoritate philosophi in textu pbantis istas esse quātitates cōtinuas p hoc ꝙ eoꝝ partes copulant̄ ad aliquē t̄minū communē. sed ille t̄minꝰ cōmunis nō est aliqd̄ aliud q̄ꝫ indiuisibile existens in eis. qa terminus inquātū terminꝰ semp est indiuisibilis. Scd̄o pbat̄ auctoritate bohecij dicentis in cōmēto sup textū pcedentē ꝙ terminꝰ est qd̄dam permissiuū ꝙ in partes secari nō potest. ꝛ ad qd̄ copulant̄ partes linee. ¶ Ex quo sequit̄ ꝙ indiuisibilia nō sunt pura ymaginaria sicut dicunt nominales. sed sunt vere entitates positiue. alias eis nō cōueniret copulare aut t̄minare istas quātitates. ¶ Quarto supponit̄ ꝙ ista indiuisibilia adhuc sunt duplicia. q̄ qdā sunt cōtinuitiua parciū adinuicē. ꝛ ista solent vocari indiuisibilia in potētia. qd̄ debet intelligi de potētia put opponit̄ actui t̄minandi. ꝛ nō put opponit̄ actui essendi. qa ipa actualit̄ existūt vt sunt infinita. Alia sunt indiuisibilia t̄minatiua. ꝛ ista solent vocari indiuisibilia in actu. eo ꝙ actu eis cōuenit actus t̄minādi. ꝛ ista sunt semp finita. Ex quo sequit̄ ꝙ in linea sunt duplicia puncta. scilicet puncta cōtinuitiua que sunt vbiqꝫ in in tota linea. ꝛ puncta det̄minatiua. que tm̄ sunt duo. nisi forte linea esset circularis. qa tūc solū eius essent pūcta cōtinuitiua. ꝛ propter hoc ipa dr̄ infinita puatiue. Et cōsimilit̄ dicēdū ꝙ in supficie sunt duplices linee. scilicet cōtinuatiue ꝛ t̄minatiue. Et in corporee duplices supficies cōtinuatiue videlicet ꝛ t̄minatiue. Cōueniūt aūt ꝛ differūt ista indiuisibilia pūctus. linea ꝛ supficies. Et pmo cōueniūt. qa qd̄libet eoꝝ est indiuisibile diuisione qua diuidit̄ id cuiꝰ est t̄minꝰ. vt pūctus est indiuisibilis diuisiōe qua diuidit̄ linea scꝫ scd̄m lōgitudinē. Et linea est diuisibilis diuisione qua diuidit̄ supficies vt supficies ē scꝫ s̄m latitudinē. Et supficies ē indiuisibilis diuisiōe qua diuidit̄ corpꝰ. vt corpꝰ scꝫ s̄m pfunditatē. Cōueniūt vlteriꝰ. qa sicut pūctu additꝰ pūcto nō facit lōgiꝰ aut maiꝰ. sic linea addita linee nō facit latius. nec supficies addita supficiei facit pfundiꝰ. ꝛ ratio istoꝝ ē. qa indiuisibile ea parte qua ē indiuisibile additū idiuisibili nō nō facit maiꝰ. licet bene faciat plus. sed oīa ista sunt indiuisibilia. igit̄. Scd̄o differūt qa pūctꝰ est simplicit̄ indiuisibilis. s̄ꝫ linea ꝛ supficies nō sunt simplicit̄ indiuisibiles. ¶ Sed ꝯtra pdicta obijcit̄. Si essent talia indiuisibilia in reꝝ natura vel essent sb̄e vel accidētia. nō sb̄a. qa ponūt̄ esse quantitates nec accidētia. tū qa oē accidēs est i sb̄iecto sibi adeq̄to. Sed ista indiuisibilia non sunt in subiecto eis adequato. quia vel essent in substantia corporea diuisibili. vel in substantia corporea indiuisibili.

Non in substātia diuisibili. q̄a tunc haberent partē ⁊ partē. ⁊ sic nō essent indiuisibilia. nec in substātia corporea indiuisibili. q̄a nulla est talis. cum omīs substātia corporea sit quāta. ⁊ omē quantū sit diuisibile. Tum quia omē accidēs denomīat aliqd̄ subiectū. sed nihil denomīat̄ punctale. ergo saltē punctus nō est aliqd̄ accidens existens in linea distinctuz a linea. Ad istud respōdet̄ ꝙ ista indiuisibilia nō sunt substātie. sed distinguunt̄ realit̄ a substantia. alias rediret opinio platonis ponentis corpa cōponi ex superficiebus. qd̄ reprobat philosophus in multis locis. Dicit̄ vltra ꝙ ista indiuisibilia sunt accidentia. nec oportet ꝙ sint in subiecto sibi adequato Sed sufficit ꝙ sint in eodē subiecto in quo sunt quātitates quarū sunt termini. vt pūctus est subiectiue in substantia in qua est linea cuius est terminus. nec oportet ip̄am substantiā denomīari punctualē a puncto. eo ꝙ nullū accidēs habet denomīare substātiā nisi scd̄m se sit sufficiens inherere illi. ⁊ habere ꝓpriū modū p̄dicādi de ea. sic nō est de puncto.

His suppositis dicit̄ p̄mo ꝙ linea: superficies ⁊ corpus sunt quantitates ⁊ cōtinue. Prima pars patet quia eis cōuenit ratio quantitatis ⁊ modus p̄dicandi eius. Secunda pars patet. q̄a partes earū copulant̄ ad aliquē terminū cōmunē. Dicit̄ secundo ꝙ inter se realiter distinguunt̄. Probat̄ p̄mo sic. q̄a possunt a seinuicē separari igit̄ distinguunt̄ realit̄. Anteced ēs patet. q̄a linea cū sit prior naturalit̄ aliīs ⁊ speciuoce distincta ab eis non videtur aliqua implicatio quin possit esse sine eis. Secūdo. q̄a distinguunt̄ essentialit̄. ergo distinguunt̄ realit̄ Cōsequēcia est nota ex p̄missis. Antecedēs patet. q̄a quecūqꝫ distinguūt̄ speciuoce distinguunt̄ essentialit̄. Istud amplius alibi ꝓbabit̄. Dicit̄ tercio ꝙ linea. sup̄ficies ⁊ corpus a rebus quas mensurāt realit̄ distinguunt̄ scilicet a substātia ⁊ qualitate. Probat̄ auctoritatibus ⁊ rationibus. Prima auctoritas est philosophi p̄mo phisicoꝝ dicentis. Si sb̄stātia ⁊ quātitas sunt. duo sunt que sunt. ⁊ paulo post dicit ꝙ si sola substātia esset nō esset magnitudo. ⁊ idem dicit ꝙ ratio finiti ⁊ infiniti quantitati congruit. Secunda auctoritas est augustini in libro de trinitate dicentis ꝙ in vnaquaqꝫ substantia corporea aliud est quantitas aliud est relatio ⁊ aliud est qualitas. Prima ratio. Hec ꝓpositio. nulla quātitas est substātia est immediata. vt dicit philosophus p̄mo posterioꝝ. ergo est in toto vera. aut toto falsa. Sed non est in toto falsa. ergo est in toto vera. Secunda ratio. Quātitas est terminus alicuius motus cuius substātia nō est terminus

ergo quātitas distinguit̄ realiter a re quanta. Antecedens patet. q̄a quantitas est terminus augmentatiōis aut diminutionis. substātia aūt nullius motus est terminus. vt vult philosophus q̄nto phisicoꝝ. Tercia ratio. Omē accidēs distinguit̄ realiter a substātia. sed linea. superficies ⁊ corpus sunt accidentia cum sint quantitas. igit̄. Maior patet. q̄a coordinatiōes p̄dicamētales nō permiscent̄. vt vult philosophus p̄mo posterioꝝ. ⁊ simplicius dicit ꝙ nature p̄dicamentoꝝ sunt impmixte. ¶ Circa p̄dicta orit̄ dibiū vtrū iste sole tres quātitates habeāt positionem in suis partibus. ¶ Pro solutiōe supponit̄ ꝙ quantitatū alie habent positionē parciū. alie nō habēt positionē. ¶ Secūdo supponit̄ ꝙ positio accipit̄ duplicit̄ Vno modo pro ordine parciū alicuius totius in loco ip̄ius totius. ⁊ isto modo positio est vnū genus generalissimū quod alio noīe vocat̄ situs. Alio modo accipit̄ pro ordine parciū alicuius totius ad suū totū. ⁊ isto modo positio est differentia quātitatis. Ad hoc aūt ꝙ cōueniat alicuibi quantitati tres cōditiones requirunt̄. Prima est ꝙ partes eius sint ꝑmanentes. Et per hoc excludunt̄ oratio ⁊ tempus. Scd̄a est ꝙ tales partes sint situate in loco totius scd̄m ordinē prioris ⁊ posterioris. Tercia est ꝙ ille partes sint continue sic ꝙ copulant̄ ad aliquē terminū cōmunē q̄ sit p̄ncipiū vnius. ⁊ finis alterius. Et per hoc excludunt̄ numerus ⁊ oratio. ¶ Tercio supponit̄ ꝙ scd̄m veritatē locus nō est species quantitatis distincta a superficie. sed est idem realiter superficiei vt postea dicetur.

His suppositis dicit̄ ꝙ p̄dicte sole tres quantitates habent positionē in suis partibus. patet p̄ ea que dicta sunt. Ex quo infert̄ ꝙ distinguunt̄ realiter a substantia ⁊ qualitate. Patet. q̄a nulla substantia ⁊ similiter nulla qualitas dicit̄ habere positionē in suis partibus scd̄m se. Qd̄ patet. q̄a si aliqua substātia haberet positionē cū ip̄a substātia scd̄m opinionē nomīaliū sic etiā tempus ⁊ tempus nō haberet positionē. eadē substātia habebit positionē ⁊ nō positionē. qd̄ implicat contradictionem. ⁊c̄.

Quarta difficultas. Utruz locus ⁊ tempus sint quātitates cōtinue a tribus predictis ⁊ a rebus quas mēsurāt realit̄ distincte. ¶ Pro cuius solutione supponitur primo ꝙ loc' dupliciter accipit̄. Vno modo formalit̄ ꝓ respectu locantis ad locatum. et isto modo locus est species p̄dicamēti vbi. Alio modo accipit̄ fundamē

taliter p̱ sup̱ficie cōcaua corpis locantis aut ambiētis locatū. Et isto mo
do capit philosophus locū quarto phisicoꝝ cū dicit Locus est sup̱ficies
corpis cōtinētis immobilis p̄mū. Ex quo sequit̄ ꝙ locus est min⁹ cōmu
nis quā sup̱ficies. q̄a oīs loc⁹ est sup̱ficies ⁊ nō ecōtra. ¶ Secūdo suppo
nitur, ꝙ de loco duplex fuit opinio antiquorum. Quidaꝫ dicebant locum
esse spaciū separatū cōtentū int̄ latera corpis cōtinētis, cuiusmodi est to
tū spaciū qd̄ cōtinet̄ infra doliū. Et isto modo capit philosophus locū in
textu p̄cedēti q̄ dicit ꝙ ad eūdē t̄minū t̄minant̄ vel copulant̄ particule lo
ci ad quā copulant̄ particule corporis locati. Alia fuit opinio quorundā
alioꝝ. quā tenet philosophus quarto phisicoꝝ ꝙ locus est sup̱ficies con
caua corpis cōtinentis. Et de isto loco sic accepto querit p̄sens difficul
tas. ¶ Tercio supponit̄ ꝙ tempus est quātitas cōtinua mēsuratiua mo
tus scd̄m prius ⁊ posterius habens partes ad nūc intrinsice copulatas

His suppositis dicit̄ p̄mo ꝙ locus

est quātitas cōtinua a sup̱ficie nō realit̄ distincta. Probat̄ p̄mo. q̄a locus
est sup̱ficies igit̄. Antecedēs patet p̱ diffinitionē loci. Scd̄o p̱bat̄ aucto
ritate cōmētatoris q̄nto methaphisice dicētis ꝙ philosoph⁹ posuit ibi
motū de specieb⁹ quātitatis quē nō posuit hic scilicet in libro p̄dicamen
toꝝ. ⁊ hic posuit locū quē nō posuit ibi. Et subdit ꝙ forte dimisit locum
q̄a apud ip̄m est de passiōibus quantitatis. ideo nō posuit ip̄m i eis que
sunt quanta p̱ suā substātiā. Tercio p̱bat̄ auctoritate eiusdē, cōmentato
ris in hoc libro vbi dicit ꝙ philosophus nō vult hic ingrere de loco s̄m
veritatē, sed solū hic loquit̄ scd̄m opinionē alioꝝ. ¶ Sed cōtra istud dictū
obijcit̄ duplicit̄. Primo. q̄a sup̱ficies mēsurat intrinsice id cuius est super
ficies. sed locus mensurat extrinsice id cuius est locus. ergo locus nō ē su
perficies. Scd̄o q̄a si aliqua sup̱ficies nō est locus. ergo locus nō est sup̱fi
cies. Ad p̄mū dicit̄ ꝙ ratio mēsure nō est p̱pria ratio quātitatis ideo non
est sufficiēs. Ad distinguēdū species quātitatis int̄ se. Quāuis igit̄ sup̱fici
es vt sup̱ficies habeat aliā rationē mēsure a seip̄a vt locus est. tamē ex hoc
nō sequitur ꝙ ip̄a sint distincte species. quia respectus sup̱additus alicui
absoluto nō facit ip̄m esse aliā speciē a seip̄o absolute capto. ⁊ sic cū sol⁹ re
spectus superadditus superficiei faciat superficiē esse locū videlicet respe
ctus cōtinētie. sequit̄ ꝙ locus nō est species quātitatis a superficie distin
cta. Ad scd̄m dicit̄ ꝙ illa cōsequentia non valet. q̄a arguit̄ a non distributo
ad distributū ex parte p̄dicati cōuertentis qd̄ distribuit̄. ⁊ in cōuersa non

distribuebat̄. Dicit̄ secūdo ꝙ locus est a re quā mensurat realiter distinct⁹
Probat̄ q̄a locus mensurat locatū. sed locus realiter distinguit̄ a locato.
igit̄. Dicit̄ tercio ꝙ tempus est quātitas cōtinua a tribus p̄dictis realiter
distincta. Prima pars patet p̱ philosophuꝫ in textu. Secunda pars p̱a
tet. q̄a tempus est quātitas successiua. quā impossibile est habere plures
partes simul. Sed tres p̄dicte sunt quātitates p̱manētes. que possunt ha
bere oīes suas partes simul. Sed cōtra hoc obijcit̄ ꝙ scd̄m philosophū
q̄nto methaphisice tempus est quantū per accidēs. scilicet p̱ motū. ⁊ mo
tus p̱ magnitudinē. ergo tēpus nō est species quātitatis cōtinue. Ad istd̄
dicit̄ p̄mo ꝙ sicut nō sequit̄. homo est animal p̱ aliud. ergo nō est formalit̄
animal. sic nō sequit̄. tempus est quātū p̱ aliud. ergo temp⁹ nō est forma
liter quantū. Dicit̄ vltra ꝙ tempus esse quātū p̱ accidēs potest duplicit̄ i
telligi. Uno modo effectiue sic ꝙ efficiat̄ quantū ab alio. ⁊ sic debet intelli
gi p̱positio philosophi. Alio modo formalit̄ ⁊ inhesiue sic ꝙ sibi insit q̄n
titas vt accidēs subiecto, a qua dicit̄ denomiatiue quātū. ⁊ isto modo nō
intelligit philosophus. Dicit̄ quarto p̱ nūc ꝙ tempus distinguit̄ realit̄
a re quā mensurat scilicet a motu. Probat̄ simili ratiōe qua p̱batū est ora
tionē distingui a re quā mēsurat. ¶ Circa hūc textū restant duo parua du
bia. Primū vtrū multū ⁊ paucū. magnū ⁊ paruū. longū ⁊ breue. latum et
strictū. p̱fundū ⁊ nō p̱fundū sint quantitates. Ad qd̄ respōdet cōmenta
tor q̄nto methaphisice dicēs ꝙ ista duplicit̄ accipiunt̄. Uno modo s̄m
ꝙ sunt multitidinis aut magnitudinis dispositiōes essentiales. ⁊ isto mo
do sunt passiones ⁊ accidētia quātitatis Alio modo accipiunt̄ scd̄m ꝙ
vnū dicit̄ in respectu alterius. ⁊ isto modo videt̄ collocari in p̄dicamento
relatiōis. Relatio em̄ accidit quātitati. ⁊ sic de alijs p̄dicamētis. Alit̄ solet
respōderi ꝙ ista possunt duplicit̄ accipi. Uno modo p̱ fundamētis exces
sus. ⁊ sic sunt quātitates. Alio modo p̱ ip̄is excessibus. ⁊ sic sunt relatiōes
Scd̄m dubiū. vtrū hec cōsequētia sit bona. hoc est magnū ad hoc. ⁊ par
uū ad illud ergo est magnū ⁊ paruū. Dicit̄ ꝙ sic. q̄a ibi arguit̄ equalenter
per locū a parte in modo ad suū totū. Iste em̄ determinatiōes ad hoc ⁊ illd̄
nō diminuūt de ratiōe magni ⁊ parui. ¶ Sed si argueret̄ sic. hoc ē magnū
ad hoc ⁊ paruū ad illud. ergo est magnū ⁊ nō magnū. paruū ⁊ non paruū
Cōsequētia nō valeret. sed fieret fallacia ignorātie elenci. Istd̄ aūt alias est
declaratū capitulo de specie in secūda difficultate Cetera dubia q̄ possunt
moueri circa species ⁊ proprietates quantitatis sunt terminata in sumu
lis.

hoc est magnū ad hoc et paruū
ad illud. g° ē magnū et paruū.

Cõclusio responsalis Philosophꝰ cõuenienter assignat in textu diuisiones. species ꝛ ꝓprietates quãtitatis. Hec cõclusio patet ex dictis.

Ad ratiões ante oppositũ. Ad primã dicit̃ negãdo antecedẽs. Et ad pmã ꝓbationẽ. ꝙ q̃uis cõtinuũ possit diuidi in partes. qua diuisione facta sint a seinuicem distincte. tamẽ ex hoc nõ sequit̃ ꝙ cõtinuũ fiat discretũ. Ad hoc ꝙ aliq̃d fiat discretũ oportet ꝙ habeat partes nõ possibiles vniri alicui aut vnit̃cio. Ad scd̃a3 ꝓbationẽ dicit̃ ꝙ hic cõmentatoꝛ glosat seipm dicẽs ꝙ discretũ est diuisibile ĩ vnitates indiuisibiles. ꝛ cõtinuũ est diuisibile in vnitates diuisibiles. Ad cõfirmationẽ dicit̃ ꝙ cõtinuũ ꝛ discretũ possunt accipi dupliciẗ. Vno modo formaliẗ. ꝛ sic important respectus. nec sunt species quantitatis. Alio modo fundamentaliter. ꝛ sic sunt species quantitatis.

Ad scd̃am rationẽ quo ad primã partẽ patuit q̃d sit dicendũ in fine difficultatis. Sed quo ad scd̃am dicitur ꝙ per illã diuisionẽ diuidit̃ quantũ. ꝛ nõ quãtitas. q̃d bene pdicat̃ de illis Et licet philosophus videat̃ ponere istud abstractũ quantitas. tamẽ dicitur ꝙ debet accipi pro suo concreto quod est quantum.

Ad terciaz dicit̃. Neget̃ tale antecedens. Ad pmã ꝓbationẽ pme partis dictũ est supra. Ad scd̃am ꝓbationẽ dr̃ ꝙ maioꝛ forte est vera de quãtitate pmanẽte. sed nõ de successiua. Vel aliter dicat̃ ꝙ sicut dictũ est ꝙ orationis tres sunt mensure ꝛc̃. Ad terciã ꝓbationẽ dicit̃ negando antecedens ꝗa si querat̃. quanta est hec oratio ꝑ se vere potest respõderi ꝙ est longa vel breuis. Ad pmã secũde partis ꝙ exẽplificat de numero. Ad scd̃am dicit̃ negãdo minorẽ. Est eñ ens vnũ ꝑ ꝓpriã suã differentiã sicut alia accidentia. ꝛ licet materialiter sit aliquius vnitatum. tamẽ formaliter est ens per se vnũ. Ad terciã ꝓbationem dicit̃ ꝙ licet vnitas nõ sit ꝑ se ꝛ formaliẗ quantitas. tamẽ est quantitas reductiue. Ad quartam dicitur negando antecedens.

Ad quartã rationẽ negat̃ antecedens. Et ad ꝓbationẽ dicit̃ negando cõsequẽtiã. Ad ꝓbationẽ cõsequentie dicit̃ ꝙ est longa vna longitudine tm̃ illa substãtia. nec est incõueniens

vt dictũ est aliquã speciẽ vt materialiter accipit̃ esse partẽ materialem alterius speciei.

Ad q̃ntã patuit quid sit dicendu3.

Ad sextã dicit̃ scd̃m cõmentatorẽ ꝙ nõ est cõsuetudo vt motus mẽsuret̃ per suã partẽ. sed per spaciu3 ꝛ per suũ tempus. ideo philosophus nõ nomiauit ipm hic. ꝗa solum intendit species famosas quantitatis.

Ad septimã dicit̃ negãdo cõsequẽtiã. ꝗa susceptio magis ꝛ minus fit per gradus intẽsionis. ꝛ maius ꝛ minus sint per partes extensionis.

Ad octauã dicit̃ ꝙ illa relatiua disiunctiue sumpta circũloquit̃ passiones quantitatis.

Ad aliq̃d vo talia dicuntur. ꝛ cetera.

Istud est quartũ capitulũ secũdi tractatus huius libri. in quo philosophus determinat de tercio pdicamẽto. scilicet de relatiõe que nominat̃ ꝑ hoc cõplexũ ad aliq̃d Et diuidit̃ in duas partes. In pma detminat de relatione diffinitiue ꝛ de ꝓprietatibus relatiõis. Et diuidit̃ in duas particulas. In pma ponit diffinitionem relatiõis datã a platone. que est hec. Ad aliq̃d vo talia dicunt̃ quecũq3 hoc ipm q̃d sunt alioꝝ dicunt̃ vel quomodolibet aliter ad aliud. ꝛ debet sic exponi. talia id est illa dicunt̃ ad aliquid quecũq3 hoc ipm ꝙ sunt. id est scd̃m suũ esse dicunt̃ alioꝝ. id est referunt̃ ad aliud sub habitudine genitiui casus vel quomodolibet aliẗ ad aliũ. id ẽ sub habitudine alterius alicuius casus. exemplũ de his que dicũt̃ ad aliud sub habitudine genitiui casus. vt duplũ dicit̃ dimidij duplũ. ꝛ similiẗ disciplina habitus ꝛ dispositio dicũt̃ alicuius. Nam disciplina dicit̃ disciplinati disciplina. Exemplũ de his que dicunt̃ sub habitudine alterꝰ casus. vt mons dicit̃ magnꝰ ad aliũ montẽ. ꝛ simile dicit̃ alicui simile. Et ꝗa dedit exemplũ de positiõe. ideo enumerat quasdã positiões dicẽs ꝙ accubitus. statio ꝛ sessio sunt positiones. sed sedere. stare ꝛ iacere nõ sunt posi

tiones. licet dicant̄ denoiatiue a positiōibus. In secunda particula po
nit duas cōmunitates ⁊ duas ꝓprietates relatiōis. Prima communitas.
Relatio habet ꝯtrariū. ꝓbat̄ q̄a vt' ⁊ viciū sūt relatiões ⁊ tñ ꝯtrariant̄. igr̄
relatio habet contrariū. Nec aūt cōmunitas nō cōuenit oībus relationi
bus. qḋ patet. q̄a duplū ⁊ simplex. id est dimidiū que sunt relatiua nō ha
bent cōtrariū nec similia. Secūda cōmunitas. Relatio suscipit magis et
minus. ꝓbat q̄a simile ⁊ inequale sunt relatiua ⁊ tamē suscipiūt magis et
minus. Nec aūt cōmunitas nō cōuenit oībus relatiuis. sicut nec prima.
patet de duplo ⁊ dimidio. Nihil em̄ dicit̄ magis aut min' duplū q̄z aliḋ.
Prima ꝓprietas. Oīa relatiua dicunt̄ ad cōuertentiā. Probat inductiue
q̄a seruus dicit̄ dn̄i seruus. ⁊ dn̄s serui dn̄s. duplū dimidij duplū. ⁊ dimi
diū dupli dimidiū. ⁊ maius minore maius. ⁊ minus maiore minus. ⁊ sic
de alijs. igit̄. Et subdit ꝙ nō oīa relatiua dicunt̄ ad cōuertentiā scd̄m ha
bitudinē eiusdem casus. patet. q̄a disciplina dicit̄ disciplinati disciplina. ⁊
sic refert̄ sub habitudine genitiui casus. Sed disciplinatū dicit̄ disciplina
disciplinatū. ⁊ refertur sub habitudine ablatiui casus. Et simile est de sen
su ⁊ sensato. Nam sensus dicitur sensati sensus. sed sensatū dicitur sensu sen
satum. ¶ Cōtra hanc ꝓprietatē ponit vnū impedimentū dicēs. ꝙ oīa
relatiua dicuntur ad cōuertētiā si fiat cōueniēs assignatio correlatiui. sed
si nō fiat ꝯueniēs assignatio tūc nō dicūt̄ ad ꝯuertētiā. vt si ala assignet̄ aui
tāq̄z suo correlatiuo assignatio ē cōueniēs nec dr̄ ad ꝯuertētiā. q̄a nō oīs
ala est auis ala. cū sint multe ale que nō sunt auiū. sicut muscarū ⁊ quorū
dā aliorū. Et subdit ꝙ illud impedimentum potest cōtingere ꝓpter duo.
Primū est quando correlatiuo nō est nomē impositū. sed ad euitandum
istud ponit philosophus tale documentū. Quādocūq̄z correlatiuo alicu
ius relatiui nō est nomē impositū tunc necesse est fingere nomē scd̄m no
men relatiui. vt remus refertur ad aliqḋ ⁊ hoc nō potest ad nauem. cum
sint multi naues quarum nō sunt remi. oportet igitur fingere nomen pu
ta remitum. ⁊ tunc remus diceretur rei remite remus. ⁊ remitum dicitur
remo remitum. ⁊ est conueniens assignatio. Similiter caput dicitur rela
tiue ad aliqḋ. sed hoc nō est ad animal. q̄a multa sunt animalia capita non
habentia. Si ergo fingetur correlatiuū scd̄z nomen relatiui vi𝔷 capitatum
capiti. ⁊ illud diceretur ad conuertentiam. ⁊ subdit ꝙ oportet fingere no
mina illorum correlatiuorū scd̄m nomina suorum relatiuorū. vt ab ala
alatum. ⁊ a remo remitum. ⁊ a capite capitatum. Secundū propter quod
potest contingere illud impedimentū est ex hoc ꝙ q̄uis relatiuo ⁊ cor
relatiuo sint nomina imposita. tamen relatiuū non assignatur ad suum

ie comunita / s relacionis
e pro / tates.
n oīa relatiua / icant̄ ad ꝯuertē / ciā

proprium correlatiuū sed ad aliquod accidens sui correlatiui. sicut si ser
uus nō assignetur dn̄i seruus. sed hominis vel bipedis aut alicuius alte
rius tunc non erit conueniens assignatio. nec diceretur ad conuertentiam.
¶ Ad cognoscendum autem correlatiuū alicuius relatiui ponitur vnum
documentum quod continet duas conditionales. Quarū prima est hec
Si aliquod relatiuū assignetur alicui oportet videre an circūscriptis om
nibus accidentibus relatiui ⁊ relicto solo correlatiuo adhuc tale relatiuū
referatur ad ipsum. ⁊ si sic tunc erit conueniens assignatio. vt si seruus ad
dominū dicatur omnibus circumscriptis que sunt accidentia domino.
vt esse hominē esse bipedem ⁊ esse scientie susceptibilem. ⁊ relicto hoc solo
qḋ est dominus adhuc seruus refertur ad dominū. Semper enim seruus
dicitur domini seruus. ⁊ ideo seruus conuenienter assignatur ad dominū
Secunda conditionalis. Si relatiuū assignetur alicui ⁊ circūscriptis om
nibus alijs ⁊ relicto illo solo nō plus sic referatur ad ipsum tunc non est
conueniens assignatio. sicut si seruus assignetur ad hominē ⁊ ab homi
ne circūscribatur esse dominū. tunc seruus non plus refertur ad hominem
ideo non conuenienter assignatur. Similiter si ala assignetur ad auem et
ab aue circumscribatur esse alatum tunc ala non plus refertur ad auem. ⁊
sic non est conueniens assigatio.

Ex predictis infert ꝙ omnia rela
tiua dicuntur ad conuertentiam si fiat conueniens assignatio relatiui. ⁊ si
correlatiuo sit nomen impositū facile erit conuenienter assignare. Si vo
nō sit nomē ipositū tūc necesse erit fingere nomē correlatiui a noie relatiui

Secūda ꝓprietas. Relatiua sunt
simul natura. Probatur. quia duplum ⁊ dimidium sunt simul natura. et
etiam dn̄s ⁊ seruus. quia si duplum est dimidium est. ⁊ econtra. ⁊ si seruus
est dn̄s est ⁊ econtra. Ipsa etiam perempta se perimunt. quia si nō est du
plum non est dimidiū. nec econtra. ⁊ sic est de omibus alijs relatiuis. igit̄
omnia relatiua sunt simul natura. ¶ Sed contra hanc proprietatem obij
citur dupliciter. Primo quia scibile ⁊ scientia sunt relatiua ⁊ tamen nō sunt
simul natura. igitur. Minorē probat. quia scibile est prius scientia. quod
patet tribus rationibus. Prima ratio est. quia in pluribus res existunt
anteq̄z de ipsis accipiamus scientiam. ymmo in paucis vel in nullis vide
mus scientiam esse simul cum re scibili.

q̄n̄o debet / noīa correl / uū alicui(us) re / latiuj.

Secūda ratio. destructo scibili destruit̄ sciētia. sed destructa scientia non destruit̄ scibile ergo scibile est prius scientia. Antecedēs patet. qa si scibile nō sit. nō est scientia. si tamē nō est sciētia nō oportet scibile nō esse. cum quadratura circuli sit quoddā scibile cuius tamē sciētia nōdū est inuēta. Tercia ratio. destructo animali destruit̄ sciētia. qa om̄is sciētia est subiectiue in aīa que est pars animalis. ꝛ tamē destructo animali possunt esse plura scibilia. ergo scibile est prius scientia. ¶ Secūdo obijcit̄ q̄ sensus ꝛ sensibile sunt relatiua. ꝛ tamē nō sunt simul natura. igit̄ nō om̄ia relatiua sunt simul natura. Minorē ꝓbat duabus ratiōibus. Prima. destructo sensibili destruit̄ sensus. sed destructo sensu nō destruit̄ sensibile. ergo sensibile est prius q̄ȝ sensus. Prima pars antecedentis patet. qa destructo corpe destruitur sensibile. eo q̄ om̄e corpus est sensibile sed sensus circa corp⁹ est. ꝛ in corpe est. ergo destructo sensibili destruit̄ sensus. Secūda pars antecedētis patet. qa destructo animali destruit̄ sensus. sed destructo animali nō destruit̄ om̄e sensibile. qa potest remanere corpus calidū. dulce ꝛ amarū. ergo destructo sensu nō destruit̄ sensibile. Secūda ratio. sensus fit simul cū sensato. sed sensibile est prius q̄ȝ sensatū. igit̄ sensibile est pri⁹ q̄ȝ sensus Maior patet. qa quādo fit animal fit sensus. Minorem ꝓbat. qa ignis ꝛ aqua ꝛ alia ex q̄bus cōstat animal prius sunt q̄ȝ animal. Has aūt obiectiones nō soluit philosophus in textu. sed possunt solui dicendo q̄ p̄dicta ꝓprietas est itelligēda de relatiuis p̄mi modi ꝛ secūdi modi que sunt mutua. ꝛ nō de relatiuis tercij modi. cuiusmodi sunt ista de q̄bus obijcitur. Sunt aūt relatiua p̄mi modi illa que referunt̄ ad inuicē modo numeri vt duplū ꝛ dimidiū. Sed relatiua secundi modi sunt illa que referunt̄ modo potentie. vt pater ꝛ filius. Et relatiua tercij modi sunt illa que referunt̄ modo mensure. vt scientia ꝛ scibile sensus ꝛ sensibile. ¶ In secūda parte hui⁹ capituli que incipit ibi. Habet autem aliā dubitationē. philosoph⁹ mouet ꝛ soluit vnā questionē que est hec. Utrū aliqua substātia dicat̄ ad aliquid vel nō. Et p̄mo ꝓbat q̄ p̄me substātie nec scd̄m se totas nec scd̄m suas partes dicūt̄ ad aliqd. qa aliqs homo nō dicit̄ alicuius hoīs aliqs homo. nec aliqs bos dicit̄ alicuius bouis aliqs bos. Similit̄ aliqua man⁹ nō dicit̄ alicui⁹ aliq̄ man⁹. sed alicui⁹ man⁹. nec qddā caput dicit̄ alicuius qddā caput. ȝ alicui⁹ caput. Scd̄o ꝓbat. qa secūde substātie nō dicūt̄ ad aliqd. qa homo nō dicit̄ alicuius homo. nec bos alicuius bos. nec lignū alicuius lignū. sed alicuius possessio. Secundo aliqs dubitaret q̄ partes secundarū sustantiarū sint ad aliqd. qa caput dicit̄ alicuius caput. ꝛ manus ꝛ sic de alijs partibus secundarū substātiarū. ergo partes secūdarū substantiarū vident̄ dici ad aliqd. Predictā questionē soluit philosoph⁹ cōditionalit̄ dicēs q̄ si diffinitio ad aliqd superius data sit sufficiens aut modo difficile aut etiā impossibile est saluare q̄ nulla substantia dicatur ad aliqd. Si aūt nō sit sufficiens detur ista ad aliqd sunt q̄bus hoc ipm esse est ad aliud quodāmodo se habere tūc facile erit soluere p̄dictā obiectionem. Hec aūt diffinitio differt a p̄ma. qa illa diffinitio cōuenit oīb⁹ relatiuis siue sint relatiua quoꝝ totū esse est ad aliud siue nō. Hoc aūt solū cōuenit relatiuis quoꝝ totū esse est ad aliud. ¶ Ex hac difficultate infert philosophus vnū corollariū qd̄ cōmunit̄ ponit̄ ꝓ vna ꝓprietate. ꝛ est istud. Si qs diffinite nouerit vnū relatiuoꝝ diffinire noscet ꝛ reliquū. patet. qa si qs nouerit qd sit dimidiū statim noscet qd sit duplum. Et si nouerit qd sit maius statim noscet qd sit minus. Ex his soluit p̄dictā questionē ꝛ intēdit talē cōclusionē. Partes secūdaꝝ substātiaꝝ nō sunt ad aliqd. patet. qa aliqs potest diffinite cognoscere partes secūdarū substātiaꝝ ꝛ nō cognoscere eas quarū sunt partes. qa q̄uis diffinite nouerit qd sit man⁹ vel caput nō oportet cognoscere cuius est caput vel manus. ꝛ sic nō sunt ad aliquid. ꝛ ꝑ cōsequēs verū est dicere q̄ nulla substātia est ad aliqd. Finaliter se excusat de dictis in hoc capitulo ꝛ assignat rationē ꝓpter quā in illo capitulo ꝓcessit dubitatiue plus q̄ȝ in alijs dicēs q̄ fortasse est difficile declarare aliqd cōfident̄ de huiusmodi rebus nisi sepe ꝑtractata sint. ideo dubitare de singulis nō erit inutile de singulis scilicet dubitationibus per rationes probabiles ad vtrāq̄ȝ partem.

Circa hūc textū querit̄ vtrū ad aliqd sit vnū generalissimū cuius diffinitio ꝛ ꝓprietates sint cōuenienter assignate in textu.

Et arguit̄ p̄mo cōtra p̄mā partem

qa ad aliqd nō est generalissimū. ergo nō est vnū genus. Antecedēs ꝓbat̄ quadrupliciter. qa nullū genus generalissimū dicit̄ tam de ente reali q̄ȝ de ente rationis. Sed ad aliqd dicit̄ tam de ente reali q̄ȝ de ente rationis. Equaliter eñ secūde intentiones sunt ad aliqd sicut entia realia. igit̄. Secūdo qa nullū generalissimū cōtinet sub se trāscēdentia. Sed ad aliqd continet sub se transcendentia. videlicet ydemptitatē ꝛ diuersitatē. igit̄. Tercio. qa nullū generalissimū est cōmune omnibus predicamētis. sed ad aliqd est cōmune.

omnibus predicamētis cū possit fundari in quolibet p̄dicamento. igit̄. Quarto. q͡a ad aliqd in cōmuni habet correlatiuū ad qd̄ refert̄ ꝛ nō seipm̄ q͡a est relatiuū reale. ꝛ eiusdē ad seipm̄ nō est relatio realis. nec aliqd̄ superius aut inferius aliqd̄ equale. vel etiā illud equale est generalissimuꝫ sicut ipm̄. vel nō est generalissimū. Si p̄mū tūc in genere relatiōis erūt duo generalissima. ꝛ ꝑ cōsequēs erūt plura generalissima q̄ʒ decē. Nec est dicēdū scd̄m. q͡a nō est maior ratio quare ad aliqd̄ sit generalissimū q̄ʒ suū correlatiuū cum sint eque communia.

Scd̄o sic. Cuiuslibet generis sunt

tm̄ due species p̄me. sed relatiōis vel ad aliqd nō sunt tm̄ due species p̄me ergo ad aliqd nō ē vnū generalissimū. minor ꝓbat̄. q͡a si sic tūc sint ille due species a ꝛ b. oportebit ꝙ referāt ad aliqd. ꝛ tūc q̄rit̄ vtrū a referat̄ ad e ꝛ b referat̄ ad e. ꝛ sic erūt relatiua eq̄parātie. ꝛ ꝑ ꝯsequēs oīa relatiua sub eis cōtēta essent eq̄parātie. Et si sint relatiua suppositiōis oportebit ꝙ sint in aliq̄ generalissimo. Vel querit̄ vtrū a referat̄ ad b. aut ecōuerso. ꝛ sic omēs species eoꝝ referūt̄ ad seinuicē. q͡a scd̄m philosophū quarto topicoꝝ. si genꝰ ad genus ꝛ species ad speciē. ꝛ si ꝓpositū in ꝓposito tūc oppositū est in opposito. sic ꝙ ad relatiue oppositū antecedentis. sequit̄ relatiue oppositūꝫ cōsequentis. Si aūt a ꝛ b referant̄ ad seinuicē mutuo. ꝛ etiā omīa inferiora eoꝝ tunc opposita relatiua erunt disquiparantie. ꝛ per cōsequens relatiua equiparantie nō erūt in hoc genere. Aut querit̄ vtrū a referat̄ ad aliud q̄ʒ ad b. vt puta ad c. ꝛ ad aliud q̄ʒ ad a vt puta ad d tunc ista quattuor erunt simul natura. ꝛ nullū prius aut posterius alio. ꝛ ꝑcōsequēs erunt quatuor species eque prime eiusdem generis.

Tercio sic arguit̄. Species huius

p̄dicamēti nō sunt distincte a speciebus alioꝝ p̄dicamentoꝝ. ergo nō est vnū generalissimū ab alijs distinctū. Antecedens ꝓbat̄ p̄mo. q͡a statio ꝛ sessio sunt species positiōis ꝛ species ad aliqd. Scd̄o q͡a sciētia est species ad aliqd ꝛ etiā species qualitatis. Tercio ꝙ materia ꝛ forma sunt substātie ꝛ tamē dicūt̄ ad aliqd vt patet scd̄o phisicoꝝ. Quarto q͡a omīs res potest intelligi in habitudine ad aliqd. ergo omīs res est ad aliqd. ꝛ percōsequens ad aliqd nō distinguit̄ a rebus alioꝝ generū.

Quarto arguit̄ si diffinitio relationis esset sufficienter posita sequeret̄ ꝙ omīs res esset ad aliqd. cōsequēs habet philosophus pro incōuenienti quarto methaphisice. igit̄. cōsequētia patet de p̄ma. q͡a omīa possunt referri ad aliud sub habitudine genitiui casus. Sed de secūda patet. q͡a totū essentiale cuiuslibet rei create est ab alio. ergo saltem quelibet res creata est ad aliud.

Quinto sic. Illa que se habēt scd̄ꝫ

prius ꝛ posterius nō sunt simul natura. sed aliqua relatiua se habēt scd̄m prius ꝛ posterius. vt patet de patre ꝛ filio ergo nō omīa sunt simul natura. Et cōfirmat̄. q͡a genus ꝛ species sunt relatiua ꝛ tamē genus est priꝰ natura specie. cū ab ipa ad speciē nō cōuertit̄ essendi cōsequētia. igit̄ aliqua relatiua nō sunt simul natura.

In oppositūꝫ arguit̄ auctoritate

philosophi in p̄cedenti. ¶ Pro solutione questionis ꝛ declaratione textꝰ precedentis mouentur alique difficultates.

Prima difficultas Utrū ad aliqd

sit vnū generalissimū in textu sufficienter diffinitū. ¶ Pro cuius solutione supponit̄ p̄mo ꝙ generalissimū huius p̄dicamēti potest significari tribꝰ noībus. videlicet ad aliqd. relatiuū ꝛ relatio que diuersimode ipm̄ significāt. q͡a ad aliqd significat relationē in habitudine ad suū t̄minū. id ē fm̄ ꝙ est habitudo ad aliquē terminū. ꝛ q͡a illud est entitas relatiōis ꝓpria conuenient̄ significat̄ ꝑ illud nomē ad aliqd. Sed relatiuū significat ipm̄ i habitudine ad ipm̄ s̄biectū. Relatio v̄o. videt̄ significare ipm̄ absolute sine vtraq̄ʒ habitudine. ¶ Ex quo infert̄ p̄mo ab aliq̄bus ꝙ ꝑ hoc nomē relatio nō significat̄ cōuenient̄ generalissimū huius p̄dicamenti. tum q͡a ꝑ illud nomē debet significari generalissimū huiꝰ p̄dicamēti ꝑ qd̄ potest esse p̄ncipiū denominādi ad aliqd in habitudine ad aliud seu referēdi ad aliud. Sed hoc nō est ꝑ istud nomē relatio. q͡a omē nomē significās aliquā rem prout est ab alijs distincta debet eā significare scd̄m illud esse scd̄m quod distinguit̄ ab alijs rebus. sed esse relationis ꝑ qd̄ distinguit̄ ab alijs est esse ad aliud. ergo nomē significās eā debet eā significare scd̄m habitudinē ad aliud. sed hoc nomen relatio nō est huiusmodi. Scd̄o infert̄ ꝙ generalissimū huius p̄dicamenti cōuenient̄ significat̄ ꝑ hoc nomē relatiuū patet q͡a hoc nomen relatiuū potest esse principium denominandi ad aliqd in habitudine ad aliud. Dicitur enim relatiuum relatiui relatiuum.

¶ Sed contra istud corollarium obijcitur dupliciter. Primo. nullum nomen significans aggregatum per accidens conueniens significat generalissimum alicuius predicamenti. Sed hoc nomen relatiuum significat aggregatum per accidens. igitur per ipsum non significatur conueniens generalissimum huius predicamenti. Maior patet. quia generalissimum huius predicamenti est ens per se vnum. Minor probatur quia respectiuum est nomen concretum. sed concretum habet semper duplex significatum subiecti videlicet et accidentis. Videtur enim dicere philosophus secundo topicorum quod album non est in genere. propter suum duplex significare. Secundo sic. per illud nomen significatur conueniens generalissimum huius predicamenti secundum quod potest formari propositio negatiua immediata. negans ipsum de aliquo genere generalissimo. sed hoc est per hoc nomen relatio. non autem per hoc nomen relatiuum. igitur hic potest dici quod generalissimum huius predicamenti quia potest diuersimode concipi potest etiam diuersis nominibus conuenienter significari. et sic conuenienter significatur per hoc nomen relatiuum et per hoc nomen relatio. et licet secundum hoc nomen relatio non conueniat sibi esse principium denominandi ad aliquid ad aliud nec secundum hoc nomen relatiuum possit vere negari de alio genere generalissimo. tamen hoc non impedit quin possit illis nominibus designari. patet in simili de qualitate. qualitati enim conuenit denominare aliquid quale. et tamen hoc non est secundum hoc nomen qualitas. ergo qualitas non significat conueniens generalissimum qualitatis. Consequentia illa non valet. prima enim distinctio predicamentorum non est per modum predicandi de prima substantia. sed est per modos essendi qui conueniunt rebus siue significentur abstractiue siue concretiue. Ad primum istorum dicitur quod relatiuum quando ponitur significare generalissimum huius predicamenti debet accipi precise pro formali significato concretiue designato. et vt sic non est aggregatum. Ad secundum dicitur quod non oportet quod secundum quodlibet nomen significans aliquod generalissimum possit vere negari ipsum generalissimum de alijs predicamentis. sed sufficit quod secundum nomen abstractum vel mediante nomine abstracto possit vere negari. ea enim que attribuuntur predicamentis non attribuuntur eis secundum quod significantur per abstracta precise. vel per concreta precise. sed secundum quod significantur per vnum vel per aliud. ¶ Secundo supponitur quod sicut qualitati in genere generalissimo conuenit denominare aliquid quale. sic relationi in genere generalissimo conuenit denominare aliquid in habitudine ad aliud. patet primo. quia omne accidens inexistens alicui subiecto denominat ipsum tot denominationibus quot includit predicata quidditatiua. sed aliquod relatiuum. puta pater inexistit alicui subiecto. ergo denominat ipsum secundum hoc predicatum relatiuum quod conuenienter dicitur de eo. Maior patet. quia si albedo insit alicui illud dicitur album coloratum et quale. ymmo quod plus est dicitur ens tale denominatiue ab ente. Secundo patet quia quod conuenit aliquibus pluribus eis conuenit per aliquam rationem communem cui primo conuenit. sed denominare aliquid in habitudine ad aliud conuenit omnibus speciebus relatiuorum. ergo eis conuenit per suam rationem communem que est relatiuum. et per consequens relatiuum primo denominat rem in habitudine ad aliud. Tercio qualis est ordo in essendo talis est ordo in denominando. sed genus generalissimum prius est quam sua inferiora. cum sit eis prius natura. igitur etiam primo denominat in habitudine ad aliud. Sed quid sit illud aliud in cuius habitudine denominat relatiuum in communi dicitur primo quod illud aliud est quoddam commune quod dicitur de omnibus terminis terminantibus relationes. et sic cum relatio possit terminare relationem et etiam ens absolutum sequitur quod terminus relationis in communi est aliquid commune ad ens absolutum et respectiuum. Dicitur secundo quod relatio in communi non refertur similiter. nec species eius. sed sunt principia referendi. hoc est enim proprium relationi quod sit principium referendi. id est denominandi respectiue subiectum in quo est in ordine ad aliud scilicet ad terminum. Dicitur tercio quod relatio in communi non habet relationem sibi oppositam. nec etiam relatiuum in communi habet correlatiuum sibi oppositum ad quod referatur. patet. quia relatio in communi continet sub se omnem relationem. et relatiuum omne correlatiuum. Dicitur quarto quod relatio in communi est principium referendi idem ad seipsum scilicet relatiuum ad relatiuum. et sic non sunt duo genera sed vnum. ¶ Sed contra hoc obijcitur quia nulla relatio realis est principium referendi idem ad seipsum. sed relatio in communi est relatio realis cum sit vnum decem predicamentorum. igitur non est principium referendi idem ad seipsum. Ad hoc dicitur quod duplex est relatio realis. quedam est singularis et indiuidua. sicut est hec paternitas vel hec filiatio. et talis non est principium referendi idem ad seipsum. Alia est generica aut speciuoca cuiusmodi est relatio in communi. et talis bene est principium referendi idem genere aut specie ad seipsum. Et ex hoc patet solutio duarum rationum que fiebant ante oppositum. Ad probandum quod relatio non sit vnum genus generalissimum. relatiuum enim non refertur ad relatiuum ab ipso distinctum genere. nec etiam duo primo concreta immediate contenta sub relatiuo referuntur ad se inuicem aut ad alia duo distincta specie. Et si arguatur ergo erunt relatiua equiparantie. Dicitur ad hoc quod relatiuum equiparantie dupliciter accipitur. Vno modo generaliter pro omni relatiuo nominato eodem nomine sicut suum correlatiuum siue summatur ab eadem forma speciuoca siue non. Et hoc modo illa duo prima concreta. ymmo etiam omnia relatiua secundum nomen relatiui sunt relatiua equiparantie. Alio modo accipitur specialiter pro ratione que est ratio referendi aliquid ad aliud et econtra secundum eandem rationem et hoc modo illa non sunt relatiua equiparantie. ¶ Tercio supponitur quod relatiuum secundum aliquos diffinitur per suum correlatiuum. quod probatur primo sic. quia per illud diffinitur relatiuum ad quod terminatur. sed relatiuum terminatur ad correlatiuum igitur diffinitur per correlatiuum. Maior patet. quia idem est ad quod dicitur relatiuum et quod terminat relationem et per quod diffinitur relatio. Minor probatur quia correlatiuum ad illud terminatur ad quod re-

Alia est cõplexa. que est inter ꝓpositiões eorũdẽ extremoꝝ differentiũ in qualitate ⁊ in quãtitate. in veritate aut falsitate. ⁊ ista vocat̃ oppositio ꝓpositionũ. de qua fiet sermo p̃mo periarmenias. Oppositio incõplexa est repugnantia duoꝝ extremoꝝ entiũ nõ permittentiũ se simul ⁊ semel in eodem respectu eiusdẽ. ⁊ ista solet vocari oppositio t̃minoꝝ. ⁊ de ista est hic sermo. Dictũ aũt est notant̃ respectu eiusdẽ. q̃a quãuis relatiua possunt simul esse eidem. ⁊ similit̃ priuatiue opposita nõ tamẽ respectu eiusdem. vt vt quãuis aliq̃s simul sit pat̃ ⁊ filius respectu diuersoꝝ. tamẽ non respectu eiusdẽ. Relatiua aũt nõ dicunt̃ opposita nisi opponant̃ ad idem. Similiter aliq̃s licet possit esse simul sensibilis sensu visus ⁊ insensibilis sensu auditus hoc tamẽ nõ est scḋm idem. Unde sensibile ⁊ insensibile quãuis s̃m se opponant̃ ꝑuatiue. tamẽ cũ illis det̃minatiõibus sensu visus ⁊ sensu auditus nõ opponunt̃ ꝑuatiue. Et si arguit̃ oppositio de qua hic est sermo cõtinet sub se cõtradictionẽ. sed cõtradictio est oppositio cõplexa. cum sit inter aliqua duo. quoꝝ necesse est vnũ esse verũ ⁊ alterũ falsum. qḋ nõ conuenit alijs oppositis vt patet in textu. ergo male dictũ est ꝙ de oppositione incõplexa est hic sermo. tenet cõsequẽtia. q̃a veritas ⁊ falsitas solũ sunt in cõplexis. Ad istud dicit̃ vno modo ꝙ philosophus assignãs istã proprietatẽ de cõtradictorijs aspiciebat solũ ad cõtradictoria cõplexa. Aliter dicit̃ ꝙ dictũ philosophi debet intelligi si duo cõtradictoria enunciantur de aliquo semꝑ necessariũ est alterũ vere enunciari de illo. Et hoc nõ conuenit alijs oppositis. q̃a si socrates nõ sit de eo vere nõ enunciat̃ alteruꝫ cõtrarioꝝ. nec alterũ relatiuoꝝ. nec alterũ ꝑuatiue oppositoꝝ nec alterũ relatiue oppositoꝝ. Et ex isto posset haberi ꝙ ad veritatẽ huius socrates nõ est albꝰ nõ req̃rit̃ cõstãtia subiecti sicut dicũt aliq̃. cõsequẽs potest patere ex differentia quã dat philosophus hic inter cõtradictoria ⁊ alia opposita.

His suppositis dicit̃ p̃mo ꝙ modi

oppositionis sunt sufficient̃ a philosopho assignati. Istud potest ꝓbari per sufficientiã. q̃a om̃is oppositio incõplexa est inter ens ⁊ ens. vel inter ens ⁊ nõ ens. Si inter ens ⁊ ens hoc iterũ est duplicit̃ vel ambo sunt respectiua. ⁊ sic est oppositio relatiua vel ambo absoluta ⁊ sic est oppositio cõtraria. Si inter ens ⁊ nõ ens hoc iterũ est duplicit̃. vel est iter ens ⁊ nõ ens simplicit̃ ⁊ sic est oppositio cõtradictoria. vel inter ens ⁊ non ens qḋ aliquo modo scilicet scḋm qḋ est ens. eo ꝙ det̃minat sibi aliqḋ subiectum

Contradictoria possunt maxie et minie repugnare.

⁊ sic est oppositio priuatiua. Dicit̃ vltra ꝙ isti modi nõ sunt species oppositionis. patet. q̃a oppositio nõ dicit̃ scḋm eandẽ rationẽ de eis. ¶ Sed circa predicta orit̃ dubiũ que est maxima oppositio int̃ quatuor oppositiones. Dico p̃mo ꝙ cõtradictoria maxime repugnant extensiue. patet. q̃a illa extrema maxime repugnant extensiue quoꝝ alterũ extremoꝝ nullũ cõceptibile potest subt̃fugere siue sit ens siue nõ ens. Sed sic est de cõtradictorie oppositis incõplexe. ⁊ nõ de alijs oppositis. igit̃. Minor patet. q̃a inter cõtradictoria nõ est mediũ. nec ꝑ abnegationẽ nec ꝑ participationem. Dicit̃ secũdo ꝙ cõtradictoria maxime repugnant intẽsiue. ꝓbat̃. q̃a illa maxime repugnãt intensiue que ꝑ nullã potentiã finitã aut infinitã sũt cõpossibilia in eodẽ subiecto. sed cõtradictoria sunt huiusmodi. igit̃. Minor patet. q̃a alias istud p̃mũ p̃ncipiũ impossibile est idem simul inesse ⁊ nõ inesse nõ esset validũ. Dicit̃ tercio ꝙ cõtradictoria maxime repugnant exclusiue. patet q̃a. q̃a illa maxime repugnant exclusiue que excludũt qḋlibet p̄dicatũ q̇ditatiuũ cõmune i quo cõuenit. sed cõtradictoria sunt huiusmodi. q̃a in nullo cõmuni cõueniunt. igit̃. Dicit̃ quarto. cõtradictoria possunt maxime ⁊ minime repugnare fundamentalit̃ ⁊ ꝑmissiue. patet. q̃a illa maxime repugnãt fundamentalit̃ ⁊ permissiue. quoꝝ fundamenta sunt maxime repugnantia. vt creator ⁊ nõ creator. ⁊ illa minime quoꝝ fundamenta minime repugnant sed sic est de cõtradictorijs. igit̃. possunt enim fundari in maxime differentibus ⁊ in minime differentibus. sicut ea que differunt solũ ex natura rei. vt diffinitio ⁊ diffinitũ. igit̃. Ex his patet ꝙ oppositio cõtradictoria est maxima inter alias quattuor oppositiones.

Scḋa difficultas. Utrũ iste ꝓpositiones

quas ponit philosophus in textu necesse est alterũ cõtrarioꝝ immediatoꝝ semꝑ inesse suo ꝓprio susceptibili. ⁊ impossibile ignem esse frigidum. ⁊ niuem esse nigrã. ⁊ si vnũ cõtrarioꝝ est. nõ est necesse alterum esse sint vere. Pro intellectu p̃me dicit̃ p̃mo ꝙ illa ꝓpositio in rigore sermõis est falsa. Probat̃ dupliciter. Primo sic. q̃a om̃is sanitas omni egritudini est immediate cõtraria. ⁊ tamẽ nõ est necessariũ omnẽ sanitatẽ aut omnẽ egritudinẽ semꝑ inesse suo ꝓprio susceptibili. igit̃. Maior patet. q̃a om̃is sanitas est eiusdẽ ratiõis cũ alia sanitate. etiã cõtrarietas fundat̃ in ratiõibus formalibus. ergo si cõueniat aliq̃bus duobus etiã cõuenit om̃ibus alijs habentibus eandẽ rationẽ formalẽ. Minor probat̃. q̃a nec sanitas socratis. nec egritudo platonis insunt petro q̃uis sit ꝓpriũ susceptibile il-

Declaracio quarũdã ꝓposicionũ phi.

Non est possibile ignē nāliter esse frigidū
Et niuē esse nigrū:

lorū vnius sicut alterius sanitatis ⁊ egritudinis. Secūdo sic. nullū cōtrariorū immediatorū est nece se iesse suo ꝓprio susceptibili. ergo nō est necesse alterū inesse. tenet cōsequētia p eqpollētiā. Antecedēs patet inductiue. qꝛ nec est necesse id scilicet sanitatē inesse suo ꝓprio susceptibili. qꝛ animal necessario esset sanū. nec illud scilicet egritudinē. qꝛ tunc necessario esset egrū. Dicit secūdo ꝙ illa ꝓpositio est vera tribus intellectis. Primo ꝙ̄diu subiectū ꝓpriū est. susceptibile est. Secūdo ꝙ intelligat sic. necesse est alterū inesse. id est vnū vel reliquū disiunctim ⁊ nō disiunctiue. qꝛ intelligendo disiūctiue quelibet pars est falsa. Tercio ꝙ intelligat sic ꝙ necesse est alterum vel sibi simile in specie inesse suo susceptibili ꝓprio. Nō enī oportet ꝙ ipm idem in numero vel suū cōtrariū insit. qꝛ nō oportet hanc sanitatē vł hāc egritudinē inesse suo ꝓprio susceptibili ꝙ̄diu est cū qđlibet animal sit susceptibile vtriusqꝫ illorū. sed sufficit hūc vel sibi similē in specie inesse.

¶ Pro intellectu secunde partis dicit pmo ꝙ nō est possibile ignem naturaliter esse frigidū ⁊ niuem esse nigram. qꝛ qđlibet istorū inest a natura subiecto. Dicit secūdo ꝙ caliditas est nata separari a suo subiecto scilicet ab igne, ⁊ albedo a niue. patet. qꝛ aliqua caliditas potest naturaliter separari a suo subiecto. ergo oīs caliditas est separabilis a suo subiecto. tenet cōsequentia. qꝛ separabilitas est passio caliditatis. ergo prius inest caliditati in cōmuni qꝫ alicui indiuiduo eius. ⁊ si inest caliditati in cōmuni sequit ꝙ inest oīm indiuiduo. ¶ Sed contra pmū dictū obijcit. contraria sunt nata fieri circa idem subiectū vt patet per diffinitionē contrariorū. sed caliditas ignis frigiditati contrariat. ergo frigiditas potest inesse igni. Et confirmatur. qꝛ scđm philosophū secundo topicorū si alicui subiecto assignetur inesse aliqđ pdicatū oportet videre si contrariū illius possit inesse ⁊ si nō destruendū est probleuma. Pro solutione huius dicitur tercio ꝙ quelibet contraria sunt fieri nata circa idem subiectū. nō tamen oportet ꝙ circa qđcūqꝫ subiectū vnū fieri ꝙ circa idem reliquū habeat fieri. sed sufficit ꝙ circa aliqđ subiectū circa qđ natū est fieri vnū ꝙ circa illud idem natum sit fieri illud reliquū. ⁊ sic ꝙ̄uis frigiditas nō sit nata fieri circa ignem tamen caliditas ⁊ frigiditas sunt nate fieri circa aliqđ subiectū vnū ⁊ idem vt puta circa aquā. Vel potest dici ꝙ quāuis frigiditas non sit nata fieri circa ignem sicut caliditas. nō oportet ꝙ possibile sit ignē esse frigidū. qꝛ nō oē qđ natū est dicit possibile. Est aūt differentia inter aptitudinem ⁊ potentiā. qꝛ aptitudo insequit naturā rei. ⁊ illud dicit possibile qđ ex natura sua vel ab extrinseco aduenit alicui. vt ferri sursum lapidi. Dicit quar-

Contraria nata sunt fieri circa idē
vide hic pulchrā limitacionē ⁊ declaracionē

Generalis limitacio omnium thopicorum

120

to ꝙ cōsederationes topice nō oēs sunt vere vniuersaliter. sed vt in pluribus. Vel potest dici ꝙ philosophus vult dicere ꝙ si vnū insit. reliquum est natū inesse si habet aptitudinem ad inessendum. non tamen oportet si nō habeat potentiam. ¶ Pro intellectu tercie ꝓpositionis supponit primu ꝙ duplex est necessitas scilicet absoluta ⁊ cōditionata. Necessitas absoluta est qua aliqđ est necessariū scđm se. Sed necessitas conditionata est qua aliqđ est necessariū in ordine ad aliud. ¶ Tercio supponit ꝙ duplex est genus prout sufficit ad ꝓpositū. scilicet morale. vt malū ⁊ bonū. ⁊ logicale. vt animal.

His suppositis dicit pmo ꝙ hec ꝓpositio, si vnū contrariū sit nō est necesse alterū esse est vera si necesse dicat necessitatē absolutā. Sed si contraria debeant agere ad inuicem ⁊ per suas actiones terminare generationes ⁊ corruptiones tunc necesse est ꝙ si vnū sit in natura ꝙ etiam alterum sit. Et sic intelligit scđo celi ⁊ mundi cū dicit ꝙ si vnū contrariorū inest a natura necesse est reliquū esse. Vel aliter dicit ꝙ illa ꝓpositio nō est vera de esse in actu. sed de esse in potentia ⁊ in contrarijs que mutuo se expellunt ab eodem subiecto. qꝛ tunc si vnū contrariorū sit. subiectū eius est. Et si subiectū eius est. ergo sicut reliquū contrarium est in potentia ad vnū contrariū. ita est in potentia ad reliquū. Dicitur vltra ꝙ illa ꝓpositio contraria sunt aliquando in diuersis generibus. ⁊ aliquando sunt met diuersa genera. debet intelligi de genere morali ⁊ non de genere logicali. qꝛ contraria semp sunt sub eodem genere logicali.

Tercia difficultas Utrū modi prioris ⁊ simul sint sufficienter a philosopho assignati.

¶ Pro cuius solutione supponit pmo ꝙ prius tempore accipit dupliciter. Vno modo accipit ꝓ eo qđ est i aliq opposita tpis vel i aliq pte tpis i q nō est aliud. ⁊ isto mō oīs causa est prior tempore suo effectu. Alio modo accipit prius tempore pro eo qđ potest habere actualem existentiam sine alio. ⁊ prius est eo quantū est ex se. sed aliud non potest esse sine eo. Et isto modo accipit philosophus prius tempore septimo methaphisice vbi dicit ꝙ substantia est prior natura tempore ⁊ diffinitione ipso accidente. Non enim accipit ibi prius tempore pro priori scđm aliquam durationem temporis. quia maximū est ꝙ primū mobile nō fuit prius scđm aliquam duratione motu qui est accidens eius.

manifestum

Ex quo sequit ꝙ istud prius potest dici prius natura. Patet. qa nihil est prius natura qd nō sit prius tēpore illo modo. Philosophus aūt accipit hic prius tēpore pmo modo. qd patet. qa dicit ꝙ prius scdm tēpus dicit qd est antiquus. Secūdo supponit ꝙ prioritas nature scdm scotū est que consurgit ex ratiōibus formalibus prioris ꝛ posterioris. Unde quando cūqꝫ aliqua duo sic se habent ꝙ vnū quantū est de se potest esse sine alio ꝛ nō ecōtra illud qd potest esse sine alio est pri⁹ natura. Ex q sequit pmo ꝙ om̄e superius est prius natura suo inferiori. Secūdo sequit ꝙ subiectum est prius natura sua passione. Tercio sequit ꝙ partes sunt prius natura suo toto. Et si dicat. Subiectū nō potest esse sine sua passione. ergo nō est prius natura passione. Dicit ꝙ nō repugnat subiecto quātū est de se posse esse sine passiōe. cū nō includit eā in suo cōceptu qditatiuo. sed repugnat sibi ꝓpter hoc ꝙ passio ydemptificat realit cū eo. Aliter dicit scdm eūdez ꝙ prioritas nature est ꝑsuppositio huius abhoc in quadā alteritate nature. Ex quo sequit pmo ꝙ int indiuidua eiusdē speciei qualitercūqꝫ se habeant nō est ordo nature. patet. qa i idiuinis eiusdē speciei nō est altereitas nature cū habeat eandē naturā siue rationē qditatiuā. Secūdo sequit ꝙ inter ꝑsonas in diuinis nō est prioritas nature. patet. qa in eis non est altereitas nature. cū sint vnius ꝛ eiusdē essentie singularis. Tercio sequit ꝙ prioritas nature differt a prioritate temporis pmo modo dicto. tum qa prioritas tēporis potest esse inter ea que sunt eiusdē rationis. sicut int socratē q genuit ꝛ platonē q genitus est. Sed prioritas nature nunꝙ est inter ea que sunt eiusdē rationis. tum qa prioritas tēporis est ordo accidentalis que potest immutari. sic ꝙ idem qd est prius per aliquā causam potest aut potuit fieri posterius aut econtra. Sed prioritas nature est ordo essentialis qui nō potest p aliquā potentiā immutari. ¶ Tercio supponitur ꝙ quāuis hec cōsequētia sit bona gratia materie. ens est. ergo deus est. tamē ex hoc nō sequitur quin ens sit prius natura deo. Et ratio est qa om̄e superius est prius natura suo inferiori. sed ens est superius ad deum ergo ens est prius natura deo. Et cōfirmat. qa diuidētia equalit continent sub diuiso. sed deus ꝛ creatura equaliter diuidunt ens. ergo deus ꝛ creatura equaliter cōtinent sub ente. Sed creatura continet sub ente sicut aliqd natura posterius ente. ergo ꝛ deus. Et si dicat a priori natura ad posteri⁹ nō cōuertit essendi cōsequētia. sed ab ente ad deū cōuertit essendi cōsequētia. qa sequit deus est. ergo ens est. ita ecōtra sequit. ens est. ergo deus est Ad istud dicit vno modo ꝙ ens bene est prius deo scdm cōmunitatem

pdicatiōis ꝛ etiā prius scdm naturā. nō tamē scdm prioritatē nature. de qua hic loquit philosoph⁹ qa prius natura de quo est hic sermo potest esse sine posteriori. Alit dicit ꝙ cōsequētia que fit ab ente ad deū nō est nisi ꝓpter necessitatē cōsequētis. Unde si cōsequēs esset cōtingēs cōsequentia nō valeret. sicut hic nō valet. ens est. ergo creatura est. ¶ Et si querat vtrū animal sit prius natura aliquo animali. dico ꝙ aliqd animal est prius natura scdm qntū modū prioris. sed nō scdm secundū modū. patet. qa animal ꝛ aliqd animal cōuertunt scdm essendi cōsequētiā. ꝛ aliqd animal est causa quare animal est. ꝛ nō ecōtra. Ex pdictis potest patere intellect⁹ duorū pmoꝝ modoꝝ simul. ¶ Quarto supponit ꝙ qꝫuis qnt⁹ modus prioris dicatur prius natura sicut secūdus. tamē differt a secūdo. tum qa in secūdo nō oportet pri⁹ esse causam posterioris. Sed in qnto oportet prius esse causam posterioris. tum qa stat aliqua esse simul natura scdm secūdū modū prioris. quoꝝ tamē vnū est prius alio scdm qntū modū. sicut patet de subiecto ꝛ passione. Que aūt sit simul natura scdm secundū moduz patet. qa cōuertunt scdm essendi cōsequētiā. De isto qnto modo prioris dat philosophus exemplū ꝙ vera oratio nō est causa rei. sed res videtur quodāmodo causa oratiōis vere. ¶ Ex quo dicto elicitur aliq ꝙ ad veritatē ꝓpositiōis requirit existentia rei. patet. qa philosophus volēs ostendere ꝙ esse rei est causa veritatis in oratiōe dicit ab eo ꝙ res est vel nō est oratio dicit vera vel falsa. ¶ Sed cōtra istud arguit quadrupliciter. Primo. qa ista regula est eterna. duo ꝛ tria sunt qnqꝫ. ꝛ tamē nulla tria seu duo sūt ab eterno existētia. Secūdo. qa ista regula. Om̄e totū est maius sua parte est necessaria ꝛ incōmutabilis veritatis cū sit per se nota. ꝛ tamē om̄e totū ꝛ partes possunt destrui. Tercio. qa ista est vera. Om̄i tēpore pluuia est aqua ꝛ tamē nō om̄i tēpore existit pluuia. Quarto. qa ista est vera in hyeme sicut in estate. rosa est flos. ꝛ tamē rosa nō est nisi in estate. ¶ Sciendū est ergo ꝙ ad veritatē ꝓpositiōis nō requirit vniuersale ex natura rei de q format illa ꝓpositio. Et cōfirmat istud. tum qa in tēpore format ꝓpositio vocalis de instanti. vt cū dicit. Om̄e instans est indiuisibile. ꝛ tamē in toto isto tempore. nec in aliqua eius parte est. tum qa in instanti potest formari aliqua cōceptio apud intellectū humanū vel angelicū de tpe. vt qd om̄e tēpus est successiuū. ꝛ tamē certū est ꝙ in illo instanti nō existit tempus aut successio eius. Dicendū est igit ad philosophū ꝙ hic non loquit nisi de ꝓpositionibus in quibus ponit hoc verbū est secūdo adiacens. qa de illis exemplificat cū dicit. ꝙ hominē esse conuertit cū illa oratione. ho

mo est. ⁊ talis cōmuniter solet designare esse actualis existentie.

His suppositis ⁊ his que dicta sūt

in sumulis dicit ꝙ philosophus cōueniente assignat modos prioris ⁊ simul qui valent ad cognoscendū pdicamenta. Dicit aūt notant q valent ad cognoscendū pdicamēta. qa eoꝝ sunt plures alij modi quos philosophus nō enumerat hic. ꝓpterea. qa nō ordinantur ad cognoscendum predicamenta.

Quarta difficultas. Utrum modi

motus ⁊ habere sint a philosopho sufficienter assignati. ¶ Pro cuius solutione supponit pmo ꝙ motus accipit dupliciter. Uno modo specialiter pro mutatione successiua que est de termino affirmato in terminū affirmatum. ⁊ sic generatio ⁊ corruptio nō sunt motus. vt dicit qnto phisicorum nec hoc modo accipit hic motus. Alio modo accipitur motus generaliter pro omni mutatione requirente aliquod subiectū qd transmutetur de aliquo in aliquid siue illa sit instantanea siue successiua. siue etiam sit de termino affirmato in terminū affirmatū. siue habeat vnū terminū affirmatiuū siue negatiuū vnū. ⁊ hoc modo generatio ⁊ corruptio bene sunt motus. hoc modo etiā accipit hic motus cū distinguuntur sex species eius. non quidem accipiendo speciem proprie. sed generaliter pro modo speciali. ⁊ hoc modo motus est vnum postpredicamentum scꝫ diuersos modos eius reducibile ad diuersa predicamenta. motus enim materialiter acceptus pro forma acquisita reducitur ad predicamentum sui termini ad quē. Et isto modo generatio ⁊ corruptio reducuntur ad predicamnetum substantie. Augmentatio ⁊ diminutio ad predicamentum quantitatis. Et alteratio ad predicamentum qualitatis. Et loci mutatio ad predicamentum vbi reducuntur. Et si queratur quare non ponuntur due species motus contrarie in qualitate ⁊ vbi sicut in alijs. dico ꝙ nulla realis ratio potest assignari. Patet. qa qualitas ita per motum acquiritur ⁊ amittitur sicut quodlibet alioꝝ. ⁊ similiter vbi. Ex quo infero ꝙ octo sunt species motus. Dico vlterius ꝙ propter hoc ꝙ nomen alterationis cōuenit vtriqꝫ motui qualitatis. ⁊ nomen loci mutationis vtriqꝫ motui locali. videlicet acquisitiuo ⁊ deperditiuo. ido philosoph9 nō ponit nisi sex species. ¶ Secundo supponitur ꝙ duplex est augmentatio scilicet mathematica ⁊ phisica. Augmentatio mathematica bene fit sine quacūqꝫ alteratione penes passiones ⁊ passibiles qualitates. quadratū enī vt dicit text9

absqꝫ hoc ꝙ mutet scdm passibiles qualitates creuit ⁊ augmētatū est circūposito gnomone. Est autē gnomon supplementū vel additio facta alicui laterū quadrati vt hic. Augmentatio phisica est illa que fit per conuersionem nutrimenti in substantiā nutriti. Et ad illā requirit alteratio que nutrimentū quod est prius dissimile ⁊ contrariū nutrito fiat sibi simile et cōueniens. Hic aūt accipiunt augmentatio ⁊ diminutio prout continēt sub se rarefactionē ⁊ condensationē. ¶ Tercio supponit ꝙ vt dicitur in textu fortassis nō enunciant sufficienter octo modi habere. Aliqd enī dicit habere actionem ⁊ passionem ⁊ multas relationes quoꝝ modi habendi nō distinguunt in textu. Unde vt cōmunit dicit modi habēdi ad diuersa pdicamēta reducunt. vt scdm ꝙ res habita est in diuersis pdicamētis. habere enī qualitatē est in pdicamēto qualitatis. ⁊ habere quātitatē reducit ad predicamentū quantitatis. habere autem ea que circa corpus sunt est predicamentum ab alijs distinctum. sed habere membrū aut partem integralem est in predicamento substantie. habere autē possessionem, contentum ⁊ vxorem reducunt ad predicamentū relationis. Dicendū est ergo ꝙ habere siue habitus est respectus habentis ad rem habitam qui a re habita ⁊ a re habente realiter distinguit frequenter cum possint manere res habens ⁊ res habita sine illo respectu. ¶ Quarto supponit ꝙ vt dicit cōmentator qnto methaphisice habitus predicamentū est quidem respectus contenti ad continens. cuiusmodi est respectus animalis ad cutem ⁊ arboris ad corticem. sed respectus sibi mutuus q est cōtentē ad cōtinens vel loci ad locatum est in predicamento vbi. Unde dicit ꝙ vniuersaliter respectus q est in predicamento vbi est cōuersus illi q est in pdicamento habitus. Dicit vltra ꝙ isti respectus sunt propinq ⁊ quasi eiusdē generis. Est enī respectus comparationis inter continens ad contentū. ⁊ econtra. Si ergo fuerit continentis ad contentū esset predicamentum vbi. Si ergo econuerso erit predicamentū habitus. ¶ Ex quo sequit primo ꝙ habere partem integralem non est in predicameto substantie. nec habere contentum est in predicamento relationis sicut dicitur communiter. Secundo sequitur ꝙ respectus motus nō sunt semper in eodē predicamento. ⁊ sic non est inconueniens actionem ⁊ passionem facere distincta predicamenta.

His pmissis ⁊ etiā his q dicta sunt

in sumulis dr ꝙ modi mot9 ⁊ habere sunt a pho sufficient assignati patet ex dictis.

Quinta difficultas Utrū sunt po-

nenda aliqua cōplexa significabilia distincta ab entitatibus rerū incōplexe significabiliū. Ad quā dicit̃ vno modo q̄ sic. Probat̃ multipliciter. Primo auctoritate philosophi in textu precedenti dicentis. Ea que subiacēt affirmationi ₇ negationi sunt opposita sicut affirmatio ₇ negatio. Dicit̃ vltra q̄ sicut in affirmatione ₇ negatiōe vna est vera ₇ reliqua falsa. sic etiā in his que subiacent affirmationi ₇ negationi vnū est verū ₇ reliquum est falsum. sed hoc nō potest itelligi de aliq̄ entitate incōplexe significabili. ergo sunt ponenda ꝯplexa significabilia. Secūdo ḟm philosophū caplo de substātia. ₇ etiā caplo de priori ab eo q̄ res est vel nō est oratio vera vel falsa dicit̃. ꝫ hoc nō potest esse verū de aliquo incōplexe significabili. nulla em̄ res est icōplexe significabilis ꝓpter cuius esse vel nō esse orō sit vera vel falsa Tercio sic. Hoiem esse animal est aliqd cū sit. cū sit quoddā conceptibile ab intellectu. ₇ tñ nō est entitas incōplexe significabilis. ergo est aliqd cōplexe significabile. Quarto sic. Omīs scientia est de aliquo necessario ₇ perpetuo. ꝫ nulla res incōplexe significabilis alia a deo est necessaria ₇ perpetua. ergo ponendū est cōplexū significabile de quo sit scientia ¶ Cōtra istā opinionem dicit̃ pmo q̄ nō sunt ponenda complexa significabilia ab incōplexis significabilibus distincta. Patet. qa si essent. vel essent dependentia vel idepēdētia. nō depēdētia. qa tūc nō essent ꝑpetua. qđ ē ꝯtra illos q̄ ponunt talia cōplexa significabilia. Dicūt em̄ q̄ talia ꝯplexe significabilia sunt perpetue necessaria ₇ impossibiliter aliter se habere. nec independentia. qa solus de⁹ est idepēdēs. igr̃. Et cōfirmat̃. qa si essent talia cōplexe significabilia. vel essent substantia vel accidens Sed nullū istoꝝ est dicendū. igit̃. Maior patet. qa ens sufficient̃ diuidit̃ in substantiā ₇ accidens. Minor ꝓbat̃ pmo q̄ nō sint sbstātie. qa ꝯplexe significabile correspōdēs orationi isti socrates sedet. vel isti. socrates est alb⁹. includit accidēs sicut substantiā. ergo nō est substantia. Secūdo patet q̄ nō sint accidētia p idē. Dicit̃ secūdo q̄ ponēda sunt cōplexe significabilia que nō sunt distincta ab incōplexe significabilibus. patet quia quelibet res est incōplexe significabilis. ergo cōplexe significabile nō est ab incōplexe significabili distinctū Dicit̃ tercio q̄ quelibet res inquantū includit aliqđ pdicatū sibi cōueniēs p se vel p accidēs vocat̃ cōplexe significabile vt homo ꝓut icludit animal vel risibilitatē vel sanū dicit̃ cōplexe significalis. patet qa omīs res cōceptibilis ab itellectu vt id de q̄ aliđ dr̃ vl' etiā vt id qđ dr̃ de alio ē icōplexe significabilis. sed q̄libet res mūdi siue sit vniuersalis siue particularis ē huius

modi. igr̃ Maior patet qa esse ꝯplexe significabile nihil aliđ est q̄ꝫ aptū natum significari p cōplexionē siue cū cōplexiōe. Ex his sequit̃ q̄ nō sunt ponenda cōplexe significabilia distincta ab incōplexis significabilibus. Ad saluandā scientiā sicut ponit gregorius in prologo sententiarū. Ista aūt cōplexe significabilia vident̃ coincidere cū ꝓpositiōibus realib⁹ quas ponunt aliq̄ de q̄bus dicet̃ in sequētibus. ¶ Ad ratiōes alterius opinionis Ad pmā dicit̃. cōcedēdo ꝓpositiōes philosophi. ₇ cū dicit̃ hoc nō potest intelligi de aliqua entitate incōplexe significabili. dico q̄ hoc est falsum. qđ patet. qa si summant̃ ista duo cōtradictoria. omīs homo est homo. ₇ q̄dā homo nō est homo. ea que subiacēt illi affirmationi ₇ negationi non sunt aliud q̄ꝫ entitas vna incōplexe significabilis. videlicet homo q̄ ē vna res que affirmat̃ aut negat̃ de ipa. Ad scđm dicit̃ negando minorē. dico em̄ q̄ int̃ cōplexa significabilia est diuersitas. Nā quedā sunt de rebus realit̃ distinctis. alia sunt de rebus distinctis ex natura rei. alia sunt de re omīno eadē. ₇ de isto potest dici q̄ ab vna re tm̄ incōplexe significabili potest dici oratio vera vel falsa scđm qđ est p intellectū cōponentē ₇ diuidentem cōplexe significabilis. Ad terciū dicit̃ q̄ quāuis hoiem esse animal sit aliqđ cōpositū ex duabus formalibus correspōdētibus subiecto ₇ pdicato tamē nō est aliqd distinctū a subiecto ₇ pdicato. qa vt dictū est esset substantia vel accidēs dependēs vel independēs qđ nō est dicēdū. Ad quartū dicit̃ vno modo q̄ scientia est de q̄ditatibus rerū habentibus esse necessariū in esse q̄ditatiuo ₇ de q̄bus demonstrant̃ passiones p ꝓpositiōes necessarias. Aliter dicit̃ q̄ licet nulla res incomplexe significabilis sit necessaria quantū ad esse reale existentie, tamen est necessaria quantū ad esse cognitū in quo esse intelligunt̃ sibi in esse necessario predicata primi modi ₇ secundi modi dicendi per se.

Conclusio respōsalis. Modi post-

predicamentoꝝ sunt in textu precedēti sufficienter assignati a philosopho Hec ꝯclusio supponit̃ ꝓbata ex dictis. ¶ Ad ratiōes ante oppositū.

Ad pmā dicit̃ negādo antecedēs.

Et ad ꝓbationē pme partis dicit̃ q̄ hic nō est sermo de oppositione cōplexa sub qua continetur oppositio subalterna ₇ oppositio cōtraria. Ad secundā probationē dicit̃ q̄ modi oppositionis sunt ab inuicem disparati, ₇ nō oppositi ideo nō oportet q̄ aliquo genere oppositionis opponāt̃

Ad hoc q̄ alique forē sint grie n̄o op3 semp q̄ insint eide subto successiue s3 sufficit in tm̄ q̄ similes sint i specie eadē.

Ad primā probationē secunde partis dicit̄ negando antecedens. Et ad probationē dicit̄ q̄ contrariant̄ actualiter cuilibet forme que est siue sit in alio subiecto siue in suo. qa contrarietas insequit̄ rationē speciuocaꝫ. ergo cōuenit omībus eiusdē speciei. nec oportet ad hoc q̄ alique forme sint cō trarie q̄ possint semper successiue inesse eidem subiecto. sed sufficit q̄ simi les sint in specie eidem. Ad secundā ꝓbationē dicit̄ q̄ q̄uis opposita cō tradictorie fundamentaliter capta sequant̄ ad alia opposita. nō tamē op posita contradictorie. formaliter accepta.

Ad secundā dicit̄ negādo antecedens.

Et ad duas probationes p̄me partis potest dici q̄ illi modi p̄oris reducunt̄ ad prius tempore. Ad secundā dicit̄ q̄ illi modi nō faciūt ad co gnitionē predicamentoꝝ. Ad p̄mā probationē secunde partis ⁊ etiaꝫ ad secundā partē patet qd sit dicendū ex dictis.

Ad terciā dicit̄ negādo antecedēs.

Et ad p̄mā probationē dicit̄ q̄ philosophus in q̄nto phisicoꝝ accipit motū proprie pro mutatione successiua. sed capit hic motum generaliter vt dictum est. Ad secundā probationē dicit̄ q̄ nō sunt species. capiendo proprie speciē. sed sunt species. id est modi speciales. Ad terciā dicit̄ aliter q̄3 dictū sit prius. q̄ ~~sicut dictū est~~ in genere qualitatis est tm̄ vna species motus. ⁊ etiā in genere vbi. sic etiam in predicamento quantitatis. sed t'la species nō est nominata in genere siue nomine generali. sed solum in spe ciebus que sunt augmentatio ⁊ diminutio. Et similiter potest dici de ge neratione ⁊ corruptione in predicamento substantie. Ad quartam proba tionem dicitur q̄ commentator addit ibi propositioni illam particulam acquisibilis per motum. sic dicēdo. tot sunt species motus quot sunt spe cies entis acquisibilis per motum.

Ad quartaꝫ dicit̄ q̄ solutio patuit

ex diffinitione habitus posita in cap̄lo de qualitate. ⁊ cetera.

Primū oportet cōsti tuere quid sit nomen ⁊ cetera.



Iste est liber periarmenias. id est de interp̄tatiōe vel enunciatiōe aristotelis. q̄ p̄ma sui diuisione diuidit̄ in duos libros parciales In p̄mo determinat de enunciatione de inesse. cuius subiectū ⁊ p̄dicatū sunt simplicia. Et diuidit̄ in duas partes. videlicet in prohemiū ⁊ tractatū. In ꝓhemio p̄mo tangit ordinē dicendoꝝ ⁊ ea que dicent̄ in hoc libro. dicēs q̄ oportet p̄mo cōstituere. id est cōstitutiue diffinire vel diffinitiue ostēdere qd sit nomē ⁊ qd sit verbū. ⁊ postea qd sit negatio. id est oratio negatiua. ⁊ qd sit affirmatio. id est oratio affirmatiua. ⁊ qd sit enūctiatio. ⁊ qd oratio. Secūdo ponit quendā ordinē signoꝝ siue terminoꝝ ex q̄bus fiūt enūciationes. Et supponit q̄ triplicia sunt signa. scilicet scripta. vocalia ⁊ mētalia. Hoc supposito dicit philosophus q̄ ea que sunt in voce. id est voces. sunt note. id est signa. earū passionū que sunt in anima. id est cōceptuum mentaliū. ⁊ ea que scribunt̄. id est scripture sunt note eorū que sunt in voce. id est vocū. ¶ Cōueniūt aūt ista ⁊ p̄mo voces ⁊ scripture. q̄a sicut litere nō sunt eedem apud oīes. id est non idem significant. sic nec voces sunt eedem. Sed passiones cōueniūt cuꝫ rebus ad extra. q̄a sicut res sunt eedem apud oīes. ita passiones anime que sunt naturales similitudines rerū sunt eedem apud oīes. De istis aūt passionibus aīe ⁊ rebus est alterius negocij determinare. scilicet liber de anima vbi determinatur de actibus ⁊ passionibus intellectus. Tercio philosophus ponit vnam diuisionem vocū dicens q̄ sicut in anima est aliquotiens intellectus. id est conceptus sine vero ⁊ falso. cuiusmodi est conceptus incomplexus. Aliquotiens v̄o est conceptus verum vel falsum. sic etiam in vocibus quedaꝫ sunt complexe significantes verū vel falsum. vt enunciationes. quedam v̄o incomplexe nō significantes verū vel falsum. vt nomina vel verba. Primam partem probat. quia circa compositionem ⁊ diuisionē intellectus est veritas vel falsitas.

Anima ē aliquocies intellectus.

Secundā partē probat qa nōīa ⁊ verba sine cōpositione ⁊ diuisione sumpta sunt similia intellectui q est sine vero aut falso. vt homo ⁊ album si sibi nō addat aliqd nō significat verū vel falsum. et hoc probat philosophus a signo vel per locū a maiori. qa quāuis hoc nomen hircocerus significet aliqd. tamē nō significat verū vel falsum nisi addat sibi esse vel nō esse simpliciter. id est hoc verbū est p̄sentis tēporis. vel scōm tēpus. id est verbū alterius tēporis. Vel potest sic exponi. nisi addat sibi esse simpliciter. id ē in materia naturali. vel scōm tempus. id est in materia contingenti.

Circa hūc textū queritur vtrum scriptu

re significēt ad placitū voces. ⁊ voces cōceptus mentales. ⁊ cōceptus mentales significent naturaliter res ad extra.

Et arguit p̄mo ꝙ nō qa id nō signi

ficat terminus pro quo nō supponit. nec potest supponere significatiue. sed scriptura nō supponit pro voce. nec vox pro cōceptu aīe. sed ambo supponunt pro rebus ad extra. ergo scripture nō significant voces. nec voces conceptus. Et cōfirmat. qa si ita esset sequeret ꝙ voces nō possent representare contraria conceptibus. sed cōsequēs est falsum vt patet de illis q mentiunt. Secūdo sequeret ꝙ omīs terminus mentalis aut scriptus significaret accidēs. cū omīs vox ⁊ etiā omīs conceptus sit accidēs. Tercio sequeretur ꝙ omēs ꝓpositiones essent false in qbus enunciatur aliqs actus realis de subiecto. sicut hic socrates currit. qa talis actus nō potest conuenire conceptui aut voci. Quarto sequeretur ꝙ omīs propositio cuius subiectū ⁊ predicatū haberent diuersos conceptus esset falsa. Quinto sequeretur ꝙ illis illa ꝓpositio esset vera in qua p̄dicat hoc verbū est secūdo adiacens. sicut iste. antichristus est. adam est. patet qa de quocūqȝ enunciatur esse conceptus ipsius existit.

Secūdo arguit. Omē qd significa

tur intelligitur. quia significare presupponit intelligere. si sic est ꝙ conceptus mentalis non intelligitur mediāte voce prolata. ergo terminus mētalis non significatur per vocem. Minor probatur primo. quia cum conceptus mentalis non sit nisi species intelligibilis rei. ⁊ species intelligibilis se habet sicut species sensibilis. ita ꝙ sicut species sensibilis non videtur sic nec species intelligibilis intelligitur.

Secūdo. qa species intelligibilis est id quo aliqd intelligit ergo nō est qd intelligit. Tercio qa si intelligeret hoc esset p aliā speciē. ⁊ sic p̄cederet in infinitū. Et cōfirmat. qa hec ꝓpositio philosophi tercio de aīa. lapis nō est i aīa. sed species lapidis includeret cōtradictoria. qd patet. qa p eā remoueretur esse i aīa a specie lapidis que significat per hoc nomē lapis. ⁊ postea eadē attribuit cū dicit. Sed species lapidis.

Tercio arguit. Scripture ⁊ voces

apud omēs sunt eedem. nō aūt cōceptus. ergo scripture ⁊ voces significāt naturaliter ⁊ nō cōceptus. Prima pars antecedentis patet. qa scripture sunt res quarū esse nō variat p̄pter diuersitatē ydeomatū. Ex eodē eñ atramento fieret iste terminus homo a greco ⁊ latino. Et similit voces ex eisdem instrumētis naturalibus ⁊ eodē modo formant ab omībus. Secūda pars antecedentis patet p̄mo. qa impossibile est idem accidens in numero esse in diuersis subiectis. ergo impossibile est esse eundē conceptum apud omēs. Secūdo qa cōceptus correspōdēs isti voci homo intellectu latini significat hoīem. ⁊ intellectu greci nihil significat. igit.

Quarto arguit. Si scripture ⁊ vo

ces significant conceptus ad placitum sequeret processus in infinitum. Cōsequētia patet. qa omē qd significat ad placitū significat mediante aliquo cōcepto. ⁊ tūc querit de illo conceptu an significet naturaliter. aut ad placitū. si naturaliter. ergo eadē ratione omīs cōceptus. Si ad placitum ergo significat mediante aliquo cōceptu. ⁊ sic in infinitū.

In oppositum arguit auctoritate

philosophi dicentis. Sunt ergo ea que sunt in voce earū que sunt in aīa passionū note. Et ea que scribunt eorum que sunt i voce. ¶ Pro solutiōe questionis ⁊ declaratione textus p̄cedentis mouent alique difficultates.

Prima difficultas Vtrū enuncia

tio sit subiectū attributionis sciētie huius libri. ⁊ videt ꝙ nō. tum qa subiectū cuiuslibet scientie debet esse incōplexū. sed enunciatio est qd cōplexū. tum qa de subiecto sciētie debet p̄supponi qd est ⁊ qa est in illa scientia. sed de enūciatiōe nō p̄supponit qd est in hac sciētia sed ostendit. vt patet in p̄ncipio huius libri. vbi dicit ꝙ primū oportet cōstituere qd sit nomen.

quid verbū ꝛ qd enunciatio, tum qa subiectū scientie debet verificari pͥncipaliter de cōsideratis in illa scientia. sed enunciatio nō verificat̄ de noīe et verbo que hic pͥncipalit̄ considerant̄, tum qa interpretatio est subiectum huius scientie. vt patet per bohecium dicentē hunc librū esse de interpretatione. ¶ Pro solutione huius difficultatis ꝛ hax rationū supponit̄ pͥmo ꝙ triplices sunt intentiones secunde sicut triplices sunt actus intellectus quedā sunt que causant̄ a pͥmo actu intellectus, ꝛ sunt ille de quibus dictū est in duobus pͥcedentibus libris. Alie sunt que causant̄ a tercio actu intellect⁹, ꝛ sunt ille de qb⁹ determiabit̄ in libris noue artis. cuiusmodi sunt sylogismus. inductio, ꝛ sic de alijs. Alie sunt medie inter istas que causant̄ per secundā opatione intellectus ꝛ sunt he de quibus determinabitur in hoc libro. Ex his infert̄ ꝙ iste liber communiter ordinat̄ int̄ alios libros logice. quia est de intentionibus causatis ab operatione media intellect⁹ ¶ Secūdo supponitur ꝙ iste liber intitulat̄ liber periarmenias. Est autē periarmenias dictio composita a peri grece quod est de latine, ꝛ armenias qd̄ habet armenias in genitiuo, ꝛ tantū valet sicut interp̄tatio, ꝛ sic idē est dicere liber periarmenias sicut liber de interpretatione ¶ Tercio supponitur ꝙ interp̄tatio duplicit̄ accipit̄ Uno modo prout est vnius lingue p aliā explicatio. vel prout est vnius noīs minus noti per aliud nomen magis notū explicatio. ꝛ isto modo summit̄ interp̄tatio in dyaleticis cū ab interp̄tatione fit locus dyaleticus. nec sic accipit̄ hic. Alio modo accipit̄ p voce significatiua. Et hoc duplicit̄. Uno modo generalit̄. ꝛ tunc sic diffinitur a commentatore. Interpretatio est explicatio rei per sermonem scd̄m vnūquēqꝫ modū. Et sic ab alberto sic diffinitur. Interpretatio est qua de re vt in verbis est loquimur ad rerum explicationem aut sunt vel nō sunt vniuersaliter. Et a bohecio sic diffinitur. Interpretatio est vox que per seipsam ad placitum significat siue sit complexa siue incomplexa. ¶ Ex qua diffinitione inferuntur tria corollaria. Primū ꝙ voces synkathegreumatice non sunt interpretationes. patet. qa per se nihil significant scd̄m ꝙ voces naturaliter significantes non sunt interpretationes cum non significant ad placitum. Terciū. qa interpretatio est communis ad noīa. verba ꝛ enunciationes. Et sic licet iste liber nominetur aliquando ab interpretatione. hoc tamen non est tanqꝫ a subiecto. sed tanqꝫ ab aliquo communiori subiecto hui⁹ scientie. ¶ Alio modo accipitur interpretatio specialiter. pro oratione significante verum vel falsum. ꝛ isto modo interpretatio et enunciatio idem sunt. ¶ Ex quo sequitur pͥmo ꝙ nomīa ꝛ verba non sunt

interpretationes. Secundo quia oratiōes deprecatiue optatiue alie sunt ab indicatiua nō sunt interpretationes. patet. quia nō significant mentis conceptū. sed mentis affectū videlicet desideriū amorem vel odiū vel aliqd huiusmodi. ¶ Quarto supponitur ꝙ enunciatio vel interpretatio specialiter capta quod idem est adhuc potest accipi dupliciter. Pro denominato ꝛ sic est quid incomplexū de qua nulla scientia considerat tanqꝫ de subiecto. licet possit esse obiectū scientie cuiusmodi est enunciatio scibilis que est conclusio demonstrationis. Alio modo accipitur pro per se significato scilicet pro quadam secunda intentione fundata in illo denominatiuo ꝛ terminata ad suū significatū. ꝛ isto modo accipitur hic.

His suppositis dicit̄ primo ꝙ enūciatio accepta pro per se significato est subiectum attributionis huius scientie. patet per conditiones subiecti attributionis que sibi conueniunt Qꝫ autem de enunciatione. sic accepta posset esse scientia patet. quia habet principia formalia videlicet orationem ꝛ signum. habet etiam partes integrales ꝛ nomen ꝛ verbum, ꝛ partes subiectiuas vt sunt affirmatio et negatio, habet etiam passiones que sunt significare verum vel falsum. oppositio conuersio. et equipolentia, Dicitur secundo ꝙ intentio enunciationis prout est communis ad enunciationem vocalem. mentalem ꝛ scriptam est huius scientie subiectum. Patet quia philolophus incipit librum suum a partibus integralibus illarum enunciationum que sunt vox passio anime siue conceptus ꝛ scripture dicens. Sunt ergo ea que sūt ꝛc. ergo intendit in hoc libro de oībus illis enunciationibus. ¶ Ad obiectiones prius positas respondetur per ordinem. Ad primā dicitur ꝙ licet enunciatio accepta pro denominato sit quid complexum. non tamen enunciatio accepta pro formali significato nisi forte extrinsice. Ad secundam dicitur vno modo ꝙ in ista scientia inuestigatur quid est enunciatio nō vt ipsius ꝙ quid est demonstretur de enunciatione tanqꝫ de subiecto sed vt supponitur tanqꝫ medium ad demonstrandum passiones de ipsa enunciatione tanqꝫ de subiecto huius scientie. Aliter dicitur ꝙ maior habet veritatem in scientijs demonstratiuis in quibus nō contingit scire denominatiue aliquam passionem de subiecto si ignoretur quid sit subiectum. sed in scientia que est de ipso subiecto oportet prius inuestigare quid sit ipsum subiectum nisi sit per se notum. vel nisi supponatur notum ab aliquibus prioribus.

Non opz semp subz scie alicuius verificari de oib' i illa scia ɔsideratis.

Ad terciū dicit q nō oportet semp subiectū alicuius scientie verificari de omibus in illa sciētia cōsideratis. sed sufficit q habeat attributionē tanq̄ ad pncipale cōsideratū. Sunt eñ ea de qbus pdicant vel sicut pncipia vel sicut ꝓprietates. Ad quartā patet solutio ex dictis.

Scd'a difficultas. Quare philosophus dicit in pncipio huius libri pmū oportet cōstituere qd sit nomen ꝛ qd sit verbū. ꝛ postea qd sit affirmatio ꝛ negatio ꝛ qd enunciatio ꝛ oratio

ꝛ nō facit mentionē de voce nec de ꝓpositione ypothetica nec etiā de alijs partibus orationis a noie ꝛ verbo. ¶ Pro cuius solutiōe supponit pmo q differenter determinat de noie ꝛ verbo ꝛ etiā de alijs terminis incōpletis gramatico ꝛ logico. ꝛ adhuc differenter in diuersis libris logico. qa gramaticus determinat de eis inquantū cōstituūt orationē cōgruā vel incongruā. Sed logicus in libro pdicabiliū ꝛ pdicamentoꝝ determinat de ipis prout fm se ꝛ absolute sunt signa incōpleroꝝ. ꝛ in libro periarmenias prout sunt partes enunciationis ꝛ actu sunt sub forma eius. Sed in libris noue logice prout sunt partes sylogismi ꝛ sunt sub forma sylogistica. ꝛ similiter in hoc libro determinat de enunciatione siue ꝓpositione pncipaliter fm se scilicet fm qd est significatiua veri vel falsi. ꝛ fm qd sibi insunt sue ꝓprie passiones. Sed in noua logica determinat fm qd est pars sylogismi.

Hoc supposito dicit pmo q determinat de noie ꝛ verbo. qa sunt pncipales partes enunciationis. Et ꝑponit nomen verbo ꝑpter duas causas. Prima. qa nomen significat substātiam. ꝛ verbū significat actū egredientē a substantia. Secūda est. qa nomē est subiectū ꝛ verbū pdicatū. Subiectū aūt est prius pdicato. Dicit scdo q determinat de negatione. id est de oratione negatiua. ꝛ affirmatione. id est oratione affirmatiua. qa sunt partes subiectiue eius. ꝛ quāuis affirmatio sit simpliciter prior negatione. tamē pponit affirmationē negationi. qa quāuis esse simpliciter ꝛ in diuersis pcedat nō esse. tamē in rebus creatis ꝛ in eodē nō esse pcedit esse. Dicit tercio q determinat de enunciatiōe tanq̄ de subiecto attributionis huius scientie ꝛ oratione tanq̄ de genere eius. Dicit quarto q nō facit mentionē de voce. qa vox est ens naturale. cuius consideratio magis pertinet ad philosophū naturalē q̄ ad logicū. Non facit etiā mentionē de ꝓpositione ypothetica vt dicunt aliq. qa nō differt a cathegorica nisi sicut vnū ꝛ multa. ꝛ sic cognita cathegorica faciliter cognoscit. Alij vo dicūt q hoc est ideo qa ꝓpositio ypothetica nō significat veritatē aut falsitatē absolutā sed solū cōditionatā. scilicet ex suppositione modo in enunciatione ad quā iste liber ordinat est veritas absoluta. ꝛ ꝓpter eādē causā in sequenti libro ptermisit tractatū de sylogismis ypotheticis. Dicit qnto q nō facit mentionē de alijs partibus orationis a noie ꝛ verbo ꝑpter duo. qa intendit determinare de enunciatione simplici. ꝛ ideo solū determinat de illis partibus orationis que necessario requirunt ad cōpositionē eius. cuiusmodi sunt nomen ꝛ verbū ꝛ nō alie partes orationis. Secūdo. qa nomē ꝛ verbū sunt pncipaliores partes orationis. nec alie de necessitate requirunt. sed sunt solū collegationes parciū orationis. sicut clauus ꝛ cauilla parcium nauis.

Tercia difficultas. Utrū scripture significēt voces. ꝛ voces significēt passiōes aie. ꝛ passiōes aie significēt res ad extra.

Pro cuius solutiōe supponit pmo q scriptura ē qdā ꝓtractio litterarū ad aliqd significādū ad placitū iponētis istituta. Vox articulata de qua est solū hic sermo scdm boheciū est illa que copulat cū aliquo sensu. id est cū aliquo cōceptu mentis eius que loquit profert. Est autē proprie vox articulata vox iam actualit imposita ad significandū. Vox autem nō articulata est que nō est ad significandū imposita. Et qa in diffinitione scripture ponebat placitū. ideoq dicit q placitū est volūtas agens a ꝓposito mota a re cognita. Passio aie est quidā cōceptus abstractus per actū aie a re ad extra que est naturalis similitudo talis rei. ꝛ naturalit eiusdem significatiuus. Illud aūt dicit naturalit significare aliqd qd significat fm nulla institutione voluntaria pcedente. ¶ Secūdo supponit q ad hoc q intellectus dicat formalit intelligere aliquā rem quatuor videntur concurrere. Primū est obiectū cognitiuū qd est res ad extra. Secūdū est potentia cognoscens vel cognita. videlicet intellectus. Terciū est act' cognoscendi. que est ipa intellectio. Quartū est species intelligibilis. que dicit informare intellectū ꝛ cōcurrere cū intellectu in noticia abstractiua ad ꝓductionē actus intelligendi. ¶ Ex illis sequit pmo q passio aie nō est obiectū cognitū. patet. qa obiectū cognitū est res ad extra. sed passio anime est naturalis similitudo rei. ergo passio aie nō est obiectū cognitum. Secūdo sequit q passio aie nō est potentia cognoscens. patet qa potētia cognoscēs nō est significatiua rei ad extra. sed passio aie est significatiua rei ꝛc. Tercio sequit q passio aie nō est actus intelligendi. patet. qa passio

Ad hoc q aliqd intelligat' formaliter quatuor concurrunt.

Questiōes ī periarmenias aristot cū resolutiōe text' ad itētionē scoti

est naturalis similitudo rei ⁊ terminat actū itelligēdi. ergo nō est ipe actꝰ intelligendi. Quarto sequit̄ ꝙ passio aīe est species intelligibilis naturalr̄ representatiua rei ab ipa re in intellectu possibili causata cōcurrente itellectu agente patet a sufficiente diuisione. Dicūt tamē aliq ꝙ passio nō est species intelligibilis. nec aliqd habēs esse reale subiectiuū in aīa vel extra aiam. sed passio aīe dicit̄ esse quedā naturalis similitudo rei ad extra ficta tanꝗ ydolū ab actu ipius aīe habēs esse in aīa solū obiectiue. ita ꝙ eiꝰ esse est eius cognosci. sicut si domificator videat domū ad extra tūc fingit vnā similitudinē in anima eius. ⁊ illa similitudo vocat̄ passio anime. put accipit̄ hic passio anime. ¶ Tercio supponit̄ vt dicit̄ in textu pcedenti. scripture ⁊ voces nō sunt eedem apud oēs. sed passiones sunt eedē apud omnes. quod debet sic intelligi. Scripture ⁊ voces non sunt eedem apud omnes in significando. licet possint esse eedem apud oēs in essendo. Et ratio huius est. qa posito ꝙ scripture ⁊ voces latine presentarent̄ oībus hominibus mundi. nō representarent idem apd oēs. qa apud grecos ⁊ barbaros nihil significarent. eo ꝙ impositio earum nō esset eis manifestata. Passiones aūt sunt eedem apud oēs ⁊ in significando ⁊ in essendo. saltem scd̄m speciē. Patet qa vbicūqꝫ causa est eadem effectus naturalis illius cause est idem. sed res que sunt cause naturales passionū sunt eedem apud oēs homines. ergo passiones que sunt naturales effectus rerum sunt eedem apud oēs homines. Maior est nota. Minor pbat̄. qa lapis est idem in specie apud grecū ⁊ latinū. ergo causat eandē similitudinē in intellectu greci ⁊ latini. ⁊ licet nō eandē in numero. tamē eandē in specie Et sicut illa siltudo in intellectu latini est accidens. ita in intellectu greci. Silr̄ sicut in intellectu latini naturalr̄ significat lapidē. ita in intellectu greci. Ex quo sequit̄ ꝙ ipa est eadē in essendo ⁊ significando. ¶ Quarto supponit̄ ꝙ vt dicit̄ in textu pcedenti ꝙ aliqd potest significare aliud dupliciter. Vno modo tanꝗ significatū vltimatū. qd ab aliis dicit̄ significatum qd. Alio modo tanꝗ significatū nō vltimatū. qd ab aliis dicit̄ significatū quo. Est aūt significatū vltimatū illud qd significat̄ ab aliquo signo ⁊ nō est signū alterius rei. ⁊ hoc modo res ad extra sunt signata terminoꝝ. sed significatū nō vltimatū est illud mediante quo aliqd signū significat suū significatū vltimatū.

His suppositis dicit̄ pmo ꝙ aliqua scriptura pncipaliter ⁊ vltimate significat vocem. vt patet de hoc scripto vox. Similr̄ aliqua scriptura pncipaliter ⁊ vltimate significat conceptum sicut hoc scriptū cōceptus. ⁊ aliqua vox etiam pncipalr̄ ⁊ vltimate significant cōceptū sicut hec vox prolata cōceptus. Ista tamē nō significantur vt sunt significatiua alioꝝ. sed vt sunt res quedā. Dicit̄ secūdo ꝙ quādocūqꝫ cōceptus correspondēs voci vel scripture significat rem ad extra tunc necesse est ꝙ vox ⁊ scptura correspōdētes illi cōceptui significēt illā eandem rem pncipaliter ⁊ vltimate. ⁊ pro ea supponant ⁊ non pro cōceptu Ex quo sequit̄ ꝙ nō est intelligendum ꝙ conceptus pmo significet rem. ⁊ vox correspondens cōceptui pmo significet illū cōceptū ⁊ ex cōsequēti rē. ⁊ scriptura pmo significet vocē. ⁊ ex cōsequēti cōceptū aut rem. qa in ꝯpositione talis vox aut talis scriptura nunꝗ potest supponere pro tali cōceptu. Et accipe hic cōceptū ⁊ passionē anime pro eodē. Dicit̄ tercio ꝙ scripture. voces ⁊ conceptus siue passiones sunt signa subordinata respectu eiusdem significati. nam scripture mediantibus vocibus. ⁊ voces mediātibus cōceptibus. ⁊ cōceptus immediate significant ipas res. Vnde si p impossibile mutaret̄ cōceptus scd̄m suā significationē etiā vox ⁊ scriptura mutaret̄. Et si vox mutaret̄ scd̄m suū significatū qd est possibile. etiam ipa scriptura mutaret̄. De subordinatione istoꝝ signoꝝ dicit scotus vnū exemplū in pmo scripto de illuminatione medii. quāuis eīm in medio sint tres partes illuminate. quarū pma prius illuminat̄. deinde secunda. ⁊ tercio vltima. ita ꝙ ibi fit mediatio ex parte parciū illuminatarū quantū ad ordinē loci. tamē est ibi immedio illuminationū. nā tercia pars ita immediate illuminat̄ a sole vel a corpe luminoso sicut pma. nec depēdet sua illuminatio effectiue ab illuminatiōe pme partis aut scd̄e partis. Et simile est de istis signis ad inuicē subordinat̄. quāuis eīm subordinat̄ in significādo. tn̄ significatio posterioris nō ē respectu prioris. sed est imediate respectu rei.

Quarta difficultas Utrū ī sola cōpositiōe ⁊ diuisiōe intellectꝰ fit veritas vel falsitates.

Deinde declarat membra secunde diuisionis superius posite dicens. affirmatio est enunciatio alicuius de aliquo Sed negatio est enunciatio alicuius ab aliquo.

Circa hũc textũ querit̃ ꝑmo Utrũ

diffinitiões oratiõis ⁊ enunciationis. ⁊ diuisionis enunciationis sunt a philosopho in textu sufficienter assignate.

Arguit̃ ꝑmo contra diffinitionem

orationis. qa oratio nõ est vox significatiua ad placitũ. igit̃ ꝑma pars illius diffinitionis nõ est bene posita. Antecedẽs ꝓbat̃ quadruplicit̃. Primo. qa idem est vox ⁊ vna vox. sed oratio nõ est vna vox. ergo nõ est vox Secũdo qa oratio mẽtalis ⁊ oratio scripta sunt oratiões. ⁊ tamẽ nõ sunt voces. Tercio qa nulla oratio fuit imposita ad significandum. ergo nulla oratio est significatiua ad placitũ. ꝓbat̃. qa si oratio fuit iposita ad significandum. vel omis oratio fuit imposita. vel aliqua ⁊ aliqua nõ. Nõ primũ. qa multe possunt formari oratiões quarũ similes nunq̃ fuerũt. Nec secundũ. qa nõ est maior ratio de vna q̃ de alia. Quarto qa sequeret̃ ꝙ oratio posset nõ significare suũ significatũ. ⁊ sic quelibet oratio vera possit esse falsa. Cõsequẽs est incõueniens. igit̃. cõsequẽtia patet. qa qꝺ ad placitũ significat potest remoueri ⁊ immutari.

Secũdo sic. Alicuius oratiõis par

tes nõ sunt significatiue. vt dictio. ⁊ alicuius partes sunt significatiue. vt affirmatio. igit̃ secunda pars diffinitiõis oratiõis nõ est bene posita. Prima pars antecedẽtis ꝓbat̃ ꝑmo. qa oratio hec. Omẽ a est b. est oratio. cũ possit esse maior in ꝑma figura. vt patebit ꝑmo priorũ. ⁊ tamẽ partes ei⁹ nihil significant. Secũdo. qa ho ⁊ mo sunt partes huius nõis homo. et tamẽ nõ significant aliqꝺ vt dictio. Tercio qa ista verba pluit. tonat. choruscat. fulgurat sunt oratiões ⁊ tamẽ partes earũ nõ significãt aliqꝺ vt dictio. qa nihil significant. Quarto qa si a imponeret̃ ad significandũ hoiem esse animal esset oratio. ⁊ tamẽ nulla pars eius aliqꝺ significaret vt dictio igit̃. Maior patet. qa esset vox significatiua. ⁊ tamẽ nõ esset neq̃ nomen. neq̃ verbũ. nec aliarũ parciũ oratiõis. cũ significet aliqꝺ verũ vel falsum igit̃. Secũda pars antecedẽtis ꝓbat̃. qa partes huius oratiõis socrates currit. ⁊ plato disputat aliquid significant vt affirmatio.

Tercio sic. Uerũ ⁊ falsum nõ sunt

in enũciatione. ergo male dicit̃ ꝙ enunctiatio est oratio in qua verum vel falsum est Antecedens ꝓbat̃. qa verũ ⁊ falsum sunt in intellectu sicut bonũ ⁊ malũ sunt in rebus. vt dicit̃ sexto methaphisice. Secũdo probatur. qa si veritas ⁊ falsitas essent in enunctiatione vel tota veritas esset in tota enunctiatione. ⁊ tota in qualibet parte. vel esset tota in tota ⁊ pars in parte. ⁊ quocũq̃ modo dicat̃. cũ veritas ⁊ falsitas nõ possunt habere partes diuersarũ rationũ. sequit̃ ꝙ quelibet pars enunctiationis vere esset vera. ⁊ quelibet pars enunctiationis false esset falsa. qꝺ est absurdũ. ergo verum ⁊ falsum nõ sunt in enunctiatione. Tercio probat̃. qa nunq̃ ita est sicut ꝑ orationẽ vocalẽ significat̃. ergo in ea nunq̃ est veritas. Antecedens probatur. qa nihil esset ita quãdo subiectũ est vel quãdo ꝑdicatũ est. nõ ꝑmũ qa quãdo subiectũ est ꝑdicatũ adhuc nõ est. nec secundũ. qa quãdo ꝑdicatũ est subiectũ amplius non est.

Quarto sic. In omi bona diuisiõe

membra diuidentia debent contineri sub diuiso. ⁊ nihil debet cõtineri sub diuiso qꝺ nõ cõtineat̃ sub aliquo membro diuidentiũ. sed sic nõ est de diuisiõibus enunctiationis. ergo nõ sunt bone. Minor ꝓbat̃ ꝑmo qa enũctiatio plures in quã diuidit̃ enunctiatio nõ est enunctiatio. ergo nõ continetur sub enunctiatione. Antecedẽs patet. qa idẽ est enunctiatio ⁊ enunctiatio vna. Secũdo. qa hec enunctiatio. socrates est vel nõ est asinus est enunctiatio. ⁊ tamen nõ est affirmatiua nec negatiua. cũ in ea ponit̃ tam copla affirmatiua q̃ copla negatiua. ergo aliqꝺ continet̃ sub diuiso quod nõ cõtinet̃ sub altero diuidentiũ. Tercio qa hec oratio. Omis legens vel disputans est magister vel baccalarius est enunctiatio vna. ⁊ tamen non est simpliciter vna. cũ sint ibi plura subiecta. nec cõiunctione vna. qa tunc esset vna ypothetica. ergo subdiuisio enunctiationis nõ est bona.

In oppositum arguit̃ auctoritate

philosophi in textu. Pro solutione questionis ⁊ declaratione textus precedentis mouent̃ alique difficultates.

Prima difficultas. Utrũ diffini

tio orationis posita in textu cõueniat oratiõi tam perfecte q̃ imperfecte.

⁊ etiam tam orationi cathegorice q̃ȝ ypothetice. ¶ Pro cuius solutione videndũ est p̄mo vtrũ om̃is oratio significet naturalit̃ vel scd̃m placitum Ad quod respõdebat plato q̄ om̃is oratio significet naturaliter. Et ratio huius est. q̄a instrumentũ virtutis naturalis debet esse naturale. sed oratio est instrumentũ virtutis interpretatiue. que est virtus naturalis. cum nõ sit aliud q̃ȝ intellectus vel oratio mentalis. ergo ip̄a oratio p̄ quã virtus enunciatiua enunciat conceptus suos debet esse instrumentũ naturale. ⁊ p̄ cõsequẽs significat naturaliter. Alit̃ tamẽ dicit̃ cum philosopho q̄ oratio vocalis ⁊ oratio scripta significant ad placitũ ⁊ nõ naturaliter. patet q̄a orationes ille nõ representãt idem apud om̃es. sed aliq̄bus aliquid representãt ⁊ alijs nihil. igit̃. Et ad rationem platonis dicit̃ q̄ licet instrumentũ immediatũ virtutis naturalis debeat esse naturale. nõ tamẽ oportet de instrumẽto mediato. Uirtus eñ naturalis potest habere duplex instrumentũ. Unũ immediatũ ⁊ proximũ. Aliud vo᷑ mediatũ sicut intellectus practicus. q̄ est virtus naturalis ⁊ p̄ncipiũ omniũ artificialiũ in executione operis. ⁊ vtit̃ duplici instrumẽto. scilicet immediato q̄d est naturale vt manus. ⁊ mediato q̄d nõ est naturale. sicut securis est. Sic est autẽ in p̄posito. q̄a virtus interpretatiua siue intellectus vtit̃ gutture ⁊ pulmone ⁊ alijs instrumentis naturalib⁹ q̄bus formant̃ voces tanq̃ȝ instrumẽto imediato ⁊ naturali. Sed vtit̃ voce significatiua tanq̃ȝ instrumento artificiali ⁊ ad placitũ. ¶ Hoc viso dicit̃ p̄mo ad difficultatẽ scd̃m iohãnes grãmaticuȝ q̄ diffinitio orationis non conuenit orationi imperfecte. Et ratio huius est. q̄a partes nõ referunt̃ siue dicunt̃ nisi ad totũ perfectum. sicut q̃ȝuis domus diffiniret̃ per nemus ⁊ lapides que sunt partes muri vel aliarũ parciũ domus. tamẽ illa diffinitio nõ attribueret̃ muro. sed solum domui. Sed sic est q̄ ista diffinitio datur per partes orationis. ergo soli orationi perfecte cõuenit ⁊ nõ oratiõi imp̄fecte que est pars oratiõis perfecte. Et hanc sententiã videt̃ seq̄ dñs albertus dicẽs q̄ oratio que hic diffinit̃ est immediatũ genus enunciatiõis. Cũ eñ oratio p̄mo diuidat̃ in orationẽ p̄fectã ⁊ imp̄fectã. Et oratio p̄fecta in enunciatiuã ⁊ nõ enunciatiuã. sequit̃ q̄ oratio que hic diffinit̃ sit genus immediatũ enunciationis. ergo hic diffinit̃ oratio p̄fecta. Dicit̃ secũdo scd̃m sanctũ thomã q̄ hic diffinit̃ oratio cõmunis ad p̄fectã ⁊ imp̄fectã. Et ad argumentũ iohãnis grãmatici respondet q̄ duplices sunt partes totius cõpositi. scilicet mediate ⁊ immediate. Quãuis aũt partes immediate sint solius totius p̄fecti. tamen partes mediate conueniunt toti perfecto per partes immediatas siue per totũ imperfectũ. Dicit̃ tercio scd̃m aspasiũ q̄ diffinitio orationis dat̃ solũ de oratione simplici cathegorica. ⁊ nõ de oratione ypothetica. Patet. q̄a partes orationis ypothetice aliq̄d significant. vt affirmatio vel negatio. igit̃. Dicit̃ quarto scd̃m alexandrũ peripatheticũ q̄ diffinitio orationis cõuenit om̃i orationi tam cathegorice q̃ȝ ypothetice. ¶ Ex predictis potest elici respõsio ad difficultatẽ q̄ diffinitio orationis conuenit om̃i orationi tam perfecte q̃ȝ imperfecte. tam cathegorice q̃ȝ ypothetice. patet q̄a in ea nõ ponit̃ aliqua particula per quam possint excludi oratio imperfecta ⁊ oratio ypothetica. tamen forsan p̄ncipalius cõuenit orationi perfecte ⁊ cathegorice q̃ȝ imperfecte ⁊ ypothetice. Dicit̃ aũt in diffinitione illa cuius parciũ aliq̄d est significatiuũ. ⁊ nõ cuius partes. ad denotãdũ q̄ nõ oẽs partes oratiõis sunt significatiue. s᷑ parciũ aliq̄ sũt significatiue. cuiusmodi sunt partes p̄pinque. vt dictiões ⁊ nõ littere vel syllabe.

Secũda difficultas Utrũ diffinitio orationis in qua dicit̃ oratio est vox significatiua cuius parcium aliquid est significatiuũ separatim. vt dictio. nõ vt affirmatio sit sufficiẽs.

Et videt̃ q̄ nõ. Primo. nullius cõplexi est diffinitio vt dictũ est in p̄dicabilibus. Diffinitio eñ solius entis est realis per se vnius cõpositi ⁊ vniuersalis. sed oratio est q̄d cõplexũ cũ cõponatur ex pluribus vocibus significatiuis. igit̃ oratiõis nõ est diffinitio. Secũdo sic. Nulla bona diffinitio predicatur contingenter de suo diffinito. sed diffinitio orationis predicatur contingenter de oratione. igit̃ nõ est bona. Minorẽ p̄bo. q̄a bene sequit̃ oratio est vox significatiua scd̃m placitũ. ergo oratio est vox a tota diffinitione ad partem eius p̄ncipalẽ. Et vltra oratio est vox. ergo vox est oratio sed hec est simpliciter cõtingẽs. vox est oratio. ergo ⁊ p̄ma. Q̄ȝ hec sit simpliciter contingens vox est oratio patet. tum q̄a si esset necessaria tunc sua contradictoria esset impossibilis. scilicet ista. nulla vox est oratio. quod est manifeste falsum. tum quia si aliqua vox necessario esset oratio necessario esset significatiua ⁊ semper fuisset oratio ⁊ semper significatiua. ⁊ p̄cõsequens nõ fuisset imposita ad significandum. ¶ Ex quo sequitur vltra q̄ aliqua oratio nõ esset significatiua scd̃m placitum. Tercio sic. In diffinitione orationis nõ ponitur ista particula cum tempore. vel ista sine tempore. que tamẽ ponit̃ in diffinitiõe nõis aut verbi. ergo ip̄a est insufficiens. tenet cõsequẽtia. q̄a nõ est maior ratio quare ponũt̃ iste particule. vox significatiua scd̃m placitũ que ponunt̃ in diffinitiõe nõis ⁊ subintelligunt̃ in diffinitiõe verbi q̃ȝ iste cũ t̄pe ⁊ sine t̄pe.

Quarto sic. Aliqua vox incōplexa potest esse oratio. ⁊ tamē nulla parcium eius est significatiua. igiť. Maior patet p̄mo. qa si a imponereť ad significandū hoiem esse animal tantū significat quantū hec vox. homo est animal. Sed hec vox homo est animal est oratio. ergo a est oratio. Secundo qa ad hoc ꝙ aliqđ signū sit oratio sufficit ꝙ subordineť orationi mentali. Sed aliqua vox incōplexa subordinať orationi mentali. ergo aliqua vox incōplexa est oratio. ¶ Pro cuius difficultatis solutione ⁊ harū rationū supponiť p̄mo ꝙ oratio vt dictū est in cap̄lo de quantitate potest multipliciter accipi. sed vt sufficit in ꝓposito accipiť tm̄ dupliciť. Vno modo ꝑ eo qđ ꝑ se significat. scilicet pro quadam intentione secūda fundata in voce complexa ⁊ terminata ad suū significatū. ⁊ isto modo oratio licet sit qđ complexū extrinsice ⁊ obiectiue. videlicet ratione sui fundamenti. tamē est qđ incōplexū formaliter ⁊ intrinsice. Ex quo sequiť ꝙ oratio isto modo capta bene est diffinibilis. Alio modo accipiť oratio pro eo qđ denominat. scilicet pro voce complexa ex pluribus vocibus significatiuis. Et isto modo oratio nō est diffinibilis. Tū qa vt in pluribus oratio est ens ꝑ accidens cuius nō est diffinitio. Tum qa diffinitio explicat essentiā rei. Sed oratio nō est res. sed signū rei. ergo oratiōis nō est diffinitio. Ex isto patet solutio prime ratiōis. ¶ Secūdo supponiť ꝙ duplex est diffinitio. quedā est diffinitio q̄ditatiua que dať per ea que sunt de q̄ditate diffiniti. ⁊ talis semꝑ ⁊ necessario p̄dicať de suo diffinito. Alia est diffinitio data per additamentū. cuiusmodi est diffinitio accidentis per subiectū. ⁊ relationis ꝑ fundamentū. ⁊ talis potest cōtingenť p̄dicari de suo diffinito. cuiusmodi est ista. albū est corpus habens albedinē. Qꝫ aūt hec diffinitio p̄dicetur contingenter de diffinito patet. qa nisi sic sequereť ꝙ aliqđ corpus necessario esset albū. Ex his sequiť ꝙ nō est incōueniens diffinitionē orationis p̄dicari contingenter de suo diffinito. patet. qa est diffinitio relationis data per fundamentū. Vox enī est fundamentū in qua fundať intentio orationis. Et isto patet solutio secunde rationis. ¶ Tercio supponiť ꝙ in p̄dicta diffinitione orationis nō ponūť iste particule sine tēpore finita ⁊ recta tum qa si ponerenť nō cōuenirent omī orationi. tum qa ille particule nō cōueniunt orationi scđm se totā. sed solū scđm suas partes. ⁊ adhuc nō cōueniunt partibus ea ratione qua sunt partes. sed ratione suoꝝ modoꝝ significandi. Resumit tamē philosophus illā particulā vox significatiua. quāuis sit cōmunis noi ⁊ verbo ⁊ etiā ipi orationi. eo ꝙ aliqs posset dubitare vtrū oratio sit vox cū videať esse plures voces. ⁊ etiam eo ꝙ oratio

Locus a sinonimis nō tenet i termis suponētib' mālite.

nō videť esse significatiua saltem significatione distincta a significatione nois ⁊ verbi. Nō resumit aūt illā particulā scđm placitū. eo ꝙ oratio nō est imposita ad significandū p̄mo ⁊ ꝑ se. sed solū ratione suarū parcium ⁊ ex cōsequēti qa sue partes sunt imposite ad significandū. Hāc tamē particulā ponit ad excludendū errorē platonis dicentis ipam orationē significare naturaliter. Ex isto patet solutio tercie ratiōis. ¶ Quarto supponiť ꝙ ad orationē vocalē reqriť ꝙ sit cōposita ex pluribus vocibus significatiuis. nec sufficit ad hoc qđ aliqđ signū sit oratio ꝙ subordinať orationi mentali. Prima pars patet ꝑ diffinitionē orationis. Secūda pars ꝓbať qa si illud sufficeret sequereť ꝙ isti termini chymera. hyrcoceruus ⁊ termini composite figure essent oratiōes. cōsequēs est falsum. igiť. cōsequentia patet. qa subordinať oratiōibus mentalibus. Falsitas cōsequētis patet. qa dicunť sine cōplexione. Omīs autē oratio dicitur cū complexione. Ex his sequiť p̄mo ꝙ licet a impositū ad significandū hoiem esse animal. significet tantum quantum hec vox. homo est animal. tamen non est oratio. nec sequiť homo est animal. est oratio. ergo a est oratio. Et si probeť illa cōsequētia ꝑ locū a synonimis. Diciť ꝙ ille loc' nō tenet terminis supponentibus materialiter. sicut nō sequiť. Marcus ⁊ tullius sunt synonima. sed tullius est trisyllabū ergo marcus est trisyllabū.

His suppositis dicitur ꝙ predicta

diffinitio orationis est sufficiens subintelligendo ex parte diffiniti hāc determinationem vocalis. qa hic solū diffiniť oratio vocalis.

Tercia difficultas. Utruꝫ diffini-

tio orationis enunctiatiue in qua diciť. Oratio enunciatiua est oratio in qua verū vel falsum est sit sufficiens. ¶ Pro cuius solutione supponitur primo ꝙ in illa diffinitione poniť oratio loco generis. ⁊ sic omīs enunctiatio est oratio. Ex quo sequiť ꝙ q̄uis circulus pendens ante tabernam. vel ramus viridis significet verū vel falsum. ⁊ quoddāmodo equaleat ꝓpositioni vere vel false. eo ꝙ tantū significat quantū significaret hec oratio. hic vendiť vinū. si ibi scribereť. tamē scđm intentionē philosophi nō est cōcedendū ꝙ sit enunctiatio. Probať quadrupliciť. Primo. qa omīs enunctiatio est oratio. sed ille circulus nō est oratio. igiť. Secūdo. ꝙ omnis enunctiatio est vocalis. mentalis vel scripta. sed tale signū nō est huiusmodi. igiť. Tercio. qa omīs enunctiatio est cōuertibilis ⁊ habet cōtra

.v. dicendo circulus pendet an tabernā sit oro ut equiualeat orationi.

dictoriam ⁊ est nata esse premissa alicuius sylogismi. ⁊ ex ipa cũ alia propositione potest fieri propositio ypothetica. ⁊ sic de multis alijs. sed circulus pendens ante tabernã nõ est huiusmodi. igit. Quarto qa ymago alicuius scti nõ est enunctiatio. ⁊ tamen in pluribus partibus est signũ vini vendibilis. ergo nec circulus est enunctiatio. tenet cõsequẽtia. qa nõ est maior ratio de vno q̃ de alio. Potest tamẽ dici ꝙ tale signũ ꝓpter institutionẽ natũ est causare in intellectu aliquẽ cõceptũ cõplexũ. q̃ qdẽ conceptus est enunctiatio mentalis. ¶ Secũdo supponit ꝙ philosophus magis diffinit enunctiationem per verũ ⁊ falsum q̃ affirmationẽ ⁊ negationem. eo ꝙ pncipaliter considerant voces vt sunt significatiue conceptuũ verorũ aut falsorũ. Et ponunt hec duo disiũctiue ad circũloquendũ nobis differentiã innominatã enunctiationis p quã ipa differt ab omib⁹ alijs enunctiatiõibus que scilicet nõ sunt enunctiationes. Diuidit em̃ primo enũctiatio in pfectã ⁊ i imperfectã. Perfecta i enunctiatiuã ⁊ nõ enunctiatiuã. Nõ enunctiatiua vo in vocatiuã. interrogatiuã. imparatiuã ⁊ deprecatiuã. Et sic sunt qnq̃ modi pncipales orationũ pfectarũ. Et si aliere periant sunt ad eas reducende. sicut scðm quosdã est aliqua materiatiua ⁊ aliqua suppositiua. ⁊ ille ad enunctiatiuã reducunt. Alia vo est optatiua que ad depcatiuã reducit. Et aliqua dubitatiua. q̃ ad intrograttuã reducit. Nulla vo dicit infinitiua. qa si in aliqua enunctiatione ponat verbũ infinitiui modi nunq̃ ponit per se sine alio verbo. qa oratio pfecta nunq̃ potest esse ex noie ⁊ verbo infinito solũ. Sed requirit aliud verbũ a quo pncipaliter denominat oratio. Neq̃ etiã ponit aliqua coniunctiua. qa ipa est magis ypathetica q̃ cathegorica. ⁊ nõ dicit nisi ordinem vnius orationis ad aliã. Omes aũt alie oratiões ab enunctiatiua nõ pertinent pncipaliter ad logicũ. sed ad rethorẽ vel poetã. Nam ille signant mentis affectũ. ⁊ nõ pceptũ. Rethor aũt ⁊ poeta itẽdũt mouere animũ audiẽtl ad irã gaudiũ. delectationẽ vel abbominationẽ que respiciunt affectũ mentis. Demonstrator aũt vtit ꝓpositiõibus absolute significantibus verũ vel falsum. ¶ Tercio supponit ꝙ verũ ⁊ falsum dicunt esse in aliquo triplicit. Vno modo sunt in aliquo tanq̃ in causa. ⁊ sic sunt in re significata p enũctiationẽ. Alio modo sunt in aliquo tanq̃ in signo. ⁊ isto mõ sunt in enũctiatione. ⁊ sic accipit philosophus esse in pdicta diffinitione enunctiationis. Tercio modo sunt in aliquo tanq̃ in subiecto. ⁊ isto modo sunt in actu cõpositiuo aut diuisiuo intellectus. vt videtur dicere philosophus in pncipio huius libri. Aliq̃ aũt dicũt ꝙ nõ sunt in actu cõpositiuo vel diuisiuo. sed sunt in quodã actu cõsequẽte. q̃ dicit actus. indicatiu⁹ quo in

b. sit aliqua propositio realis.

tellectus indicat sic esse vel nõ esse. sicut p ꝓpositionẽ significat esse vel nõ esse. ¶ Quarto supponitur ꝙ aliqua oratio duplicit potest significare verũ vel falsum. Vno modo qa cõponit ex istis terminis verũ ⁊ falsum. q̃ significant veritatẽ ⁊ falsitatẽ. ⁊ hoc modo hoc disiunctũ verũ vel falsum. significat verũ vel falsum. Alio modo aliqd dicit esse verũ vel falsum ꝓpositionaliter. qa significat aliqd esse vel non esse. ⁊ isto modo sola ꝓpositio significat verũ vel falsum. ⁊ sic capit in diffinitiõe ꝓpositiõis quã dat petr⁹ hyspanus. in qua dicitur ꝓpositio est oratio verũ vel falsum significãs indicando que coincidit cũ diffinitione enunctiationis quã ponit hic philosophus. Ex quo sequit ꝙ ꝓpositio ⁊ enunctiatio idem sunt. ¶ His suppositis dicitur ꝙ predicta diffinitio orationis enunctiatiue seu enunctiationis est sufficiens. Sed restat dubium vtrum aliqua enunctiatio sit composita ex rebus sic ꝙ preter enunctiationem vocalem. mẽtalem ⁊ scriptam sit ponenda alia enunctiatio seu alia ꝓpositio. Ad quam dicũt aliq ꝙ sic. ꝓbãt multiplicit. Primo sic. ꝓpositio nõ est aliud q̃ compositio vel diuisio aliquoꝝ facta p intellectũ. igit omia illa possunt esse extrema ꝓpositiõis que intellect⁹ potest cõponere vel diuidere. sed potest cõponere aut diuidere res. igit aliqua ꝓpositio est realis. Scðo sic. In signis ⁊ signatis essentialit ordinatis in significãdo est deuenire ad vltimũ significatũ qð sic significat ꝙ vlterius nõ significat. alias esset ꝓcessus in infinitũ in essentialiter ordinatis. Sed ꝓpositio scpta significat vocalẽ. ⁊ vocalis mentalẽ. ⁊ mẽtalis significat aliquã rem. vel ergo significat rem incomplexã vel cõplexã. Nõ incõplexã. qa tũc significaret p extremũ ꝓpositiõis ⁊ nõ p totã ꝓpositionẽ. qð est falsum. Si cõplexũ tũc habet intentũ qð in re est aliqd cõpositũ ex rebus. ⁊ illud potest dici ꝓpositio realis. Tercio sic Ex eisdẽ fiũt ꝓpositiões ⁊ questiões. sed questiões fiũt de reb⁹. vt patet cũ querit vtrũ homo sit risibilis. questio nõ fit de terminis. sed de rebus igitur. Quarto sic Ois sciẽtia realis cõsiderat pncipalit aliq̃s res. ꝗ sciẽtia realis facit ꝓpositiões reales ex illis q̃ pncipalit cõsiderat. g̃ aliq̃ ꝓpositio est ex rebus. Quinto sic ꝛm phm in pdicamẽtis aliq̃ dicũt de subiecto q̃ nõ sunt in sbiecto. ꝗ illa nõ sunt ꝛmini. qa ois ꝛmin⁹ cũ sit accidẽs ẽ i sbiecto. g̃ sũt res ⁊ pcõseq̃ns aliq̃ ꝓpositio cõponit ex reb⁹. Sꝫ ɔtra istã opinionẽ arguitur q̃druplicit. Primo sic. Ois ꝓpositio fit p cõpositionẽ aut diuisionẽ intellect⁹ aliq̃ꝝ q̃ sunt sbiectiue i itellectu. ꝗ res nõ sunt sbiectiue i itellectu. g̃ ꝓpositio nõ fit ex reb⁹. Maior patet. qa ꝓpositio fit ex ꝛminis mẽtalib⁹. Minor ꝓbat qa lapis nõ ẽ i aia. ꝗ species lapidis. Scðo sic. Ois ꝓpositio est significatiua veri vel falsi. ꝗ res nõ sunt significatiue veri vel falsi. cũ sint significata causatiua veritatl aut falsitatl. igit ex rebus non est propositio

Tercio sic. Si ex reb' fieret ꝓpositio sequeret̄ ꝙ iter subiectū ꝛ p̄dicatū alicuius ꝓpositiōis possent esse mōtes ꝛ vina. strages ꝛ prelia cōsequēs est incōueniens. qa tunc inter ea nō esset aliqua vnio vel copositio. qḋ videt̄ incōueniēs. Quarto sic. Si esset aliqua ꝓpositio realis vel esset de rebus sibi inuicē coniunctis. vel de rebus ab inuicē disparatis. Nō p̄mū. qa tunc homo esset ꝓpositio cū sit cōpositus ex aīa ꝛ corpore. Nec secundū. quia tunc homo ꝛ asinus essent ꝓpositio qḋ est falsum. Alit̄ ergo dicit̄ ꝙ omīs enunctiatio est mentalis. vocalis aut scripta. ꝛ ꝙ nulla est realis ad istuȝ sensum ꝙ sit cōposita ex rebus. tamē aliqua ꝓpositio potest dici realis obiectiue. qa termini ex quibus cōponit̄ significāt res ꝛ supponūt pro reb'. Istud aliqualit̄ declaratū est in p̄dicamētis. vbi ostensum est ꝙ sunt ponende cōplexe significabilia distincta ab incōplexe significabilibus. Rationes aūt alterius opinionis nihil aliud probāt nisi qḋ de reb' possunt fieri ꝓpositiōes tanq̄ȝ de obiectis aut significatis per extrema ꝓpositiōis sed nō tanq̄ȝ de eis que formaliter ꝛ actualiter sunt extrema ꝓpositionis. Nihil em̄ est extremū aut potest esse extremū ꝓpositiōis nisi sit signū alicuius rei qḋ nō conuenit rebus distinguendo rem contra signum.

Ultima difficultas. Utrū diuisiones enunctiationis sint a philosopho sufficienter assignate.

¶ Pro cui' solutione supponit̄ p̄mo ꝙ ex textu p̄cedenti colligunt̄ quatuor diuisiōes enunctiationis. Quarū p̄ma est hec. Enunctiationū alia est enunctiatio vna, Alia est enunctiatio plures. Est aūt hec diuisio analagi in sua analagata. Unde ly plures est determinatio diminuēs. Ex quo sequit̄ ꝙ enunctiatio plures nō est enunctiatio. Secūda diuisio est. Enūctiationū vnarum alia est affirmatio. alia est negatio. Hec aūt diuisio est generis in suas species. qa hic summit̄ affirmatio ꝛ negatio nō pro actibus affirmandi vel negandi. nec pro instrumentis negādi aut affirmandi. sed summūtur pro propositione affirmatiua ꝛ pro ꝓpositione negatiua ꝛ pro ꝑ se significatis. qa pro denominatis nullius sunt species. eo ꝙ sunt quedam complexa. Tercia diuisio enunctiationū vnarū alia est simplicit̄ vna. alia est cōiunctione vna. ¶ Pro cuius declaratione supponit̄ secundo ꝙ enūctiatio simpliciter vna est illa in qua p̄dicat̄ vnū de vno sine coniunctiōe copulante inter partes subiecti ꝛ predicati. Et talis est duplex. qa quedaȝ est in qua p̄dicat̄ vnū de vno scd̄m vocē ꝛ significationē simul. vt homo est animal, Alia est in qua p̄dicat̄ vnū de vno scd̄m significationē ꝛ nō secundū vocē. vt homo est animal rationale. sed hec pluralitas vocis non tollit simplicē vnitatē enunctiationis. Enunctiatio cōiunctione vna etiā est duplex. qa quedā est vna cōiunctione terminoꝝ vt sunt ꝓpositiōes de cōditionato disiuncto vel copulato extremo. vt socrates ꝛ plato currunt Alia est vna cōiunctione ꝓpositionū vt sunt ꝓpositiōes ypothetice. inter quas copulatiua est minus vna. ꝛ cōditionalis magis habet de vnitate Deinde disiunctiua. ꝛ de ista enunctiatione ꝛ cōiunctione vna loquit̄ philosophus in textu. ¶ Tercio supponit̄ pro declaratione p̄me diuisionis ꝙ enunctiatio plures est illa que plura significat ꝛ nō vnū. vel que plura significat incōiuncte. Per hoc aūt ꝙ plura significat ꝛ non vnū opponitur enunctiationi que est vna simpliciter. ꝛ coincidit cū enunctiatiōe que est simpliciter cōiunctione vna. Et per hoc qḋ dicit̄ vel plura incōiuncte opponitur enunctiationi que est cōiunctione vna. Et hoc potest fieri tripliciter. Uno modo qa vel plura p̄dicant̄ de vno in cōiunctiōe vel vnum de pluribus. vel plura de pluribus. siue illa plura significent̄ pluribus vocibus siue vna voce equiuoca. Exemplū p̄mi. homo est albus musicus. Exemplū secundi. homo albus musicus currit. Exemplū tercij. vt homo albus musicus est coloratus artifex, Alio modo quādo ponuntur plures enunctiationes sine cōiunctione. vt socrates currit. plato disputat. Et similiter quando in aliqua enunctiatiōe subicit̄ aut p̄dicat̄ terminus equiuocus. talis est simpliciter plures. vt dicendo. canis est corpus. ꝛ de ista maxime intelligit̄ illud qḋ dictū est ꝙ enunctiatio plures nō est enunctiatio. ¶ Quarto supponit̄ ꝙ quarta diuisio enunctiationis est hec. Enunctiationū alia est de verbo p̄sentis tēporis. alia est de verbo p̄teriti. ꝛ alia est de verbo futuri. In qua diuisione debet accipi enūctiatio cōmunit̄ ꝓ om̄i oratiōe significatiua veri vel falsi q̄lit̄cūq̄ȝ siue p̄mo ꝛ ꝑ se siue reductiue. ꝛ nō debet accipi specialit̄ ꝓ oratōe significatiua veri vel falsi p̄mo ꝛ ꝑ se. qa sola oratio de v̄bo p̄sent̄ tp̄is idicatiui modi isto mō dr̄ enūctiatio

His suppositis dicit̄ ꝙ p̄dicte diuisiones enunctiationis sunt sufficienter a philosopho assignate.

Istud relinquit̄ probatum ex suppositis.

Cōclusio responsalis Diuisiones orationis ꝛ enunctiationis ꝛ etiā diffinitiones ipsius enunctiationis sunt:

a philosopho sufficient̄ in textu assignate. Hec cõclusio quo ad om̄es par tes suas probata ĩ antedictis.

Ad ratiões. Ad p̄mā dicit̄ negan-

do antecedēs. Et ad p̄mā ꝓbationē dicit̄ ꝙ licet oratio nõ sit vna vox in cõplexa. tamē est vna vox complexa. ⁊ hoc sufficit. Ad scđam ꝓbationem dicit̄ ꝙ ꝑ illā diffinitionē solū diffinit̄ oratio vocalis. Ad terciā ꝓbationē dicit̄ ꝙ licet oratio nõ fuerit imposita ad significandū p̄mo ⁊ ꝑ se. tamen fuit imposita secūdario ⁊ ex cõsequēti. videlicet ꝑ impositionē suoꝝ t̄mi norū. Ad quartā ꝓbationē dicit̄ negādo cõsequētiā. q̄a sicut dictū est de noīe ⁊ verbo oratio nõ significat ad placitū. tuū vel meū. ideo non possu mus mutare eius significationem.

Ad scđam dicit̄ negādo antecedēs

Et ad p̄mā ꝓbationē p̄me partis dicit̄ ꝙ licet illa vox. om̄e a est b summa tur a philosopho pro oratiõe. tamē nõ est oratio. vt patet p̄mo priorum Ad scđam ꝓbationē dicit̄ ꝙ ille sunt partes remote oratiõis. ⁊ nõ ꝓpin que. de q̄bus intelligit̄ diffinitio oratiõis. Ad terciā ꝓbationē dicit̄ ꝙ illa verba scđm se accepta nõ sunt oratiões. sed vt dant intelligere sua suppo sita. tamē ipa cū suis suppositis faciūt oratiões quarū partes sunt signifi catiue. Ad quartā ꝓbationē dictū est in vna difficultate. Ad ꝓbationem secūde partis dicit̄ vno modo ꝙ illa oratio est ypothetica de qua nõ dat̄ diffinitio oratiõis. Alit̄ dicit̄ ꝙ illa particula diffinitiõis oratiõis in qua dicit̄. cuius parciū. ⁊c. debet sic intelligi. cuius parciū necessario est signifi catiuū aliq̄d vt dictio. Nõ aūt necessario ē significatiuū vt oratio. ⁊ sic phi losophus nõ negat simplicit̄ aliquas partes oratiõis posse significare vt affirmatio. sed vult dicere ꝙ nõ est necessariū ꝙ in cathegorica significāt.

Ad terciam dicit̄ negādo antece-

dēs. Et ad p̄mā ꝓbationē dictū est supra. Ad scđam ꝓbationem dr̄ ꝙ q̄a veritas aut falsitas nõ est subiectiue in ipa ꝓpositione nõ oportet eā esse totā in tota enūctiatiõe. nec totā in parte. nec partē in parte. Ad terciā ꝓ bationē dicit̄ ꝙ oratio vocalis que successiue ꝓducit̄ ex institutiõe huma na dicit̄ vera in instanti finienti eius prolationem quando in rei veritate nõ est. ac si esset res ꝑmanēs tota simul existēs in vltimo instāti ꝓlatiõis

Ad quartā dicit̄ negādo minorē

Et ad p̄mā ꝓbationē dicit̄ ꝙ licet enūctiatio plures nõ sit enūctiatio vna

tamē est enūctiatio sumēdo ly enūctiatio equoce. Ad scđam ꝓbationē di cit̄ ꝙ vel illa est disiūctiua ⁊ sic cõponit̄ ex duabus cathego. icis quarum p̄ma est affirmatiua ⁊ alia negatiua. vel est de copla disiuncta. ⁊ tūc scđm aliquos potest cõcedi simul ⁊ affirmatiua ⁊ negatiua. ⁊ tūc dicēdum esset ꝙ secunda diuisio enunctiationis est intelligēda de enūctiatiõe cui' ꝯpla est mere simplex. Ad scđam ꝓbationē dicit̄ q̄a illa est vna cõiunctiõe termi norū. q̄a est de extremis disiunctis.

Quoniā aūt est enun ctiare ⁊ quid est esse. ⁊ cetera.

Iste est secūdus tractat' hui' libri in quo phus det̄minat de quadā passi one intrinseca enunctiatiõis que dicit̄ oppositio. Et diuidit̄ in tria capl'a In p̄mo diffinit ⁊ diuidit oppositionē. Et diuidit̄ in duas partes. In pri ma diffinit ipam. ⁊ anteq̄ꝫ diffiniat eā ponit vnā suppositionē que est hec Omi affirmationi est negatio opposita. ⁊ omi negatiõi affirmatio. ꝓbat q̄a cõtingit enūctiare q̄d est esse ⁊ q̄d est nõ esse. ⁊ cõtingit etiā enunctiare q̄d nõ est esse ⁊ q̄d nõ est nõ esse. ⁊ om̄e q̄d aliq̄s affirmauerit cõtigit nega re. ⁊ q̄d negauerit cõtingit affirmare. Igit̄ manifestū est ꝙ omi affirmatio ni negatio est opposita ⁊ ecõtra. ¶ Hoc supposito diffinit oppositionē sub noīe cõtradictiõis dicēs ꝙ cõtradictio est affirmatio ⁊ negatio oppo site. ⁊ debet cū hoc addi eiusdē de eodē ⁊ nõ equoce. ⁊ alie particule posite in diffinitiõe elenchi in p̄mo elenchoꝝ. In secūda particula det̄minat de speciebus oppositiõis. Et diuidit̄ i duas particulas. In p̄ma p̄mittit du as diuisiões. quarū p̄ma est hec. Rerū alia sunt vniuersalia alia singularia Est aūt vniuersale q̄d aptū natū est p̄dicari de plurib'. vt homo. Sed sin gulare est q̄d nõ est aptū natū p̄dicari de plurib'. sed de vno solo. vt plato Secūda diuisio enūctiationū quedā est de subiecto vniuersali in qua enū ctiat̄ aliq̄d de aliquo vniuersali. Alia est de subiecto singulari in qua enun ctiat̄ aliq̄d de aliquo singulari. ⁊ vtroq̄ꝫ modo potest fieri affirmatiue aut negatiue. In secūda particula det̄minat de specieb' oppositiõis. Et p̄mo diffinit cõtrarias dicēs. ꝙ cõtrarie sunt in q̄b' enūciat̄ aliq̄d p̄dicatū affir matiue vel negatiue de aliq̄ subiecto vniuersali vniuersalit̄ sumpto. Hoc est cõtrarie sunt vniuersalis affirmatiua ⁊ vniuersalis negatiua eiusdē sub iecti ⁊ eiusdē p̄dicati. Et subdit ꝙ t̄minū teneri vniuersalit̄ est ipm teneri

cū signo vniuersali nō impedito. vt ois hō est alb⁹. nullus hō est albus. Secūdo diffinit subcōtrarias dicēs. Subcōtrarie vo dicunt in qb⁹ enunctiatur idem pdicatū affirmatiue ⁊ negatiue de eodē subiecto vniuersali nō vniuersalit sumpto. Quāuis aūt ille in qbus sic enunctiat nō sint contrarie scōm modū enunctiandi. tamē cōtingit ea que per ea significantur esse contraria. Hoc est cōtingit eas esse cōtrarias scōm res significatas. ⁊ hoc est verū si sint i materia naturali ⁊ i pdicatiōe directa. vel si sint in materia remota. in qbus materijs particularis aut indefinita equalet vniuersali. vel forte hoc est verū ex parte pdicatoꝝ. nam iste homo est sanus. ⁊ homo nō est sanus quoddāmodo sunt cōtrarie ex parte pdicatoꝝ. eo ꝙ homine nō esse sanū est ipm esse egrū. modo sanū ⁊ egrū sunt contraria. Aliqui aliter sic exponūt dicētes. Ex quo tales ꝓpositiones sunt de subiectis cōmunib⁹ vni addito signo vniuersali negatiuo tales ꝓpositiōes erūt cōtrarie. Et subdit ꝙ terminū teneri nō vniuersalit est ipm teneri sine signo vniuersali. qa omis nō vniuersale est. sed quoniā vniuersalit significat. id est denotat ꝙ terminus cui attribuit tenetur vniuersalit pro omibus suis suppositis pro qbus distribuit per tale signū. Deinde remouet vnum dubiū. Nam qa dictū est ꝙ subiectū ꝓpositionis aliquādo tenet vniuersaliter. posset aliqs dubitare an predicatū posset etiā teneri vniuersaliter. Ideo remouet philosophus dubium ⁊ dicit ꝙ nulla affirmatio erit vera in qua predicat de vniuersali aliqd predicatū vniuersale vniuersaliter sumptū. sicut in ista oratione. omis homo est ome animal. Consequent diffinit cōtradictorias dicēs. ꝙ cōtradictoria sunt affirmatio ⁊ negatio. quarū vna vniuersaliter signat ⁊ alia nō vniuersalit eiusdē subiecti ⁊ eiusdē predicati. hoc est cōtradictorie sunt vniuersalis affirmatiua ⁊ particularis negatiua eiusdē subiecti ⁊ eiusdē predicati. Exemplū. vt omis homo est alb⁹ quidam homo nō est albus. nullus homo est albus. qdā homo est alb⁹

Contrarie vo vniuersalem. ⁊ cetera.

Istud est secundū capitulū huius tractatus. in quo philosophus determinat de legibus. ⁊ diuidit in tres partes. In pma determinat de ipis legibus ostendendo qualit ꝓpositiões opposite se habent ad posse simul esse veras aut simul falsas. Et pmo ponit legē cōtrariarū dicēs. ꝙ cōtrarias que sunt vniuersalis affirmatiua ⁊ vniuersalis negatiua. vt ois homo

est iustus. nullus homo est iustus. impossibile est simul esse veras. Sed oppositas his videlicet subcōtrarias cōtingit simul esse veras. vt patet de istis. qdā homo est albus. qdā homo nō est albus. Et nota ꝙ hic philosophus nec in caplo pcedēti nec in isto nominat subcōtrarias hoc noīe subcontrarie. sed hic nominat eas oppositas contrarijs. quod verum est quia contradicunt contrarijs. videlicet affirmatiua negatiue. ⁊ negatiua affirmatiue. Bohecius autem in commento vocat eas subcontrarias. ⁊ hoc est quia ponuntur sub contrarijs inferiores eis ⁊ consequentes ad ipas. Consequenter dat legē cōtradictariarū dicēs ꝙ de cōtradictorijs de subiectis vniuersalibus necesse est semp alterā esse verā ⁊ alterā falsam. Et similit in cōtradictorijs de subiectis singularibus. cuiusmodi sunt iste. Socrates est albus. socrates non est albus. Ex quo textu patet ꝙ singularis affirmatiua ⁊ singularis negatiua eorūdē extremoꝝ cōtradicunt. Et sic philosophus hic ampliat cōtradictionē. qa superius nō diffinit cōtradictionē nisi de subiectis cōmunib⁹. Secūdo philosophus pbat tribus exemplis ꝙ subcōtrarie possunt simul esse vere. Primū est de istis duab⁹ Homo est albus. homo nō est albus. Secūdū est de istis. Homo est pbus. homo nō est pbus. iste eñ sunt simul vere. qa si aliqs homo est turpis turpitudine aīe nō est pbus. Terciū exemplū est de istis. Homo est pulcer. homo nō est pulcer. Iste eñ sunt simul vere. qa si aliqs homo est fedus nō est pulcer. Et ista probat. qa si aliqd fit nō est. hoc est si aliqs homo fit probus vel pulcer nō est probus aut pulcer. ¶ Ex isto summit illa auctoritas. qd fit nō est. que debet intelligi in pmanentibus. q quando fiunt nō sunt. ⁊ nō in successiuis. que solū habent esse quando fiunt. Et quia dictū est ꝙ iste sunt simul vere. Homo est albus. homo nō est alb⁹. aliqs posset credere ꝙ iste etiā sint simul vere. Homo est albus. ⁊ nemo est alb⁹ qa ille vident idem significare cū illis. ideo philosophus remouet hoc dubiū dicēs ꝙ nec iste idem significant nec conuertunt. In secūda parte philosophus intendit talem conclusionē. Vnius affirmatiōis est vna negatio opposita. pbat dupliciter. Primo ratione. qa illud idem debet negare negatio qd affirmauit affirmatio de eodē. siue illud sit vniuersale vniuersaliter vel nō vniuersaliter sumptū. siue sit singulare. ergo vnius affirmationis est vna negatio. Antecedens probat. qa si negatio nō neget aliqd de eodē. vel neget idem de alio ipa nō erit opposita affirmationi. sed ab ea diuersa. Secundo probat eam exemplo. qa hui⁹ affirmatiōis. omis homo albus est. negatio est ista. nō omnis homo albus est. ⁊ huius affirmati

Enūciacio de termio equiuoco nō est enūciacio vna.

omnis est homo albus. negatio est hec. nō est homo albus. ¶ Cōsequēter epilogat ea que dicta sunt dicēs. Manifestū est ex ꝓdictis quoniā alie sūt oppositiones cōtrarie. alie cōtradictorie. et que sunt oppositiōes dictum est. et ꝙ nō est in omnibus oppositis si vna est vera alia est falsa. sed in aliquibus tm̄. In tercia parte qa fecit mentionē de affirmatione vna et negatione vna. ideo ostendit qd sit affirmatio vna et negatio vna dicens. Est aūt affirmatio et negatio vna que vnū de vno significat siue sit vniuersale vniuersaliter aut nō vniuersaliter sumptū siue singulare suple. exemplum. vt omnis homo albus est. nō omnis homo albus est nullus homo albus est quidā homo albus est. quarū quelibet est vna si albū vnū et idem significet. qa si nō significaret vnū enunctiatio nō esset vna. ¶ Ex quo elicitur talis conclusio. Enunctiatio que est de termino equiuoco nō est enunctiatio vna. Probat̄. qa si iste terminus tunica imponat̄ ad significandū hominem et equū. et postea dicat̄. tunica est alba. hec oratio non est omnino vna. igit̄ enunctiatio de t̄mino equoco nō est enūctiatio vna. Antecedēs probat. qa nihil refert dicere istā orationē. tunica est alba. et dicere istas duas. homo est albus. equus est albus. Sed iste due multa significant et nō vnū. nec sunt enunctiatio vna. sed sunt plures. ergo ꝑma etiam significat plura et est enunctiatio plures. Minorē huius probationis ꝓbat. quia equus et homo nō sunt aliqd vnū. ¶ Ex his infert vnū corollariū dicens. In his affirmationibus et negationibus que sunt supple de terminis equiuocis nō est necesse alterā partē esse veram et alterā falsaz. qd ꝓbari potest qa negatio potest aliud negare ꝙ̄ qd affirmatio affirmat. et cetera.

Circa hunc textū querit̄ vtruz due cōtradictorie possint simul esse vere vel false.

Arguit̄ ꝑmo ꝙ possunt esse simul vere. qa due cōtrarie pro eodē tempore possunt simul esse vere. ergo due contradictorie possunt simul esse vere. tenet cōsequētia. qa contrarie inferunt subcontrarias quibus contradicunt. antecedens. qa pro quocūqz tempore socrates potest currere. et socrates nō potest currere iste possunt esse vere. socrates est currens. et socrates nō est currēs. sed vno et eodē tempore socrates potest currere et socrates potest nō currere. potest eīm̄ socras currere et potest etiam nō currere. ergo iste due socrates est currens. et socrates nō est currens possunt pro eodem tempore esse vere. Et confirmatur. qa aut hec socrates currit quando est vera est vera pro instanti et indiuisibili. aut pro tempore diuisibili. Nō ꝑmū. quia non est vera nisi dū socrates currit. sed socrates non currit in instanti igitur. Sed scōm tunc ꝓ medietate illius temporis socrates potest esse non currens. et per consequens pro eodem tempore iste possunt esse vere. Socrates est currens. et socrates est non currens. Sed ad istam. socrates est non currens sequit̄ ista. socrates non est currens per illam regulam secūdi huius. ab affirmatiuo de predicato infinito ad negatiuam de predicato finito est bona cōsequentia. igitur.

Secundo sic. Iste possunt simul esse vere. Ego sum socrates. ego non sum socratas. Et similiter iste. Socrates est vltra pontes. socrates non est vltra pontes. Et iste. Hic tribulus est sapidus. hic tribulus non est sapidus. et tamē sunt cōtradictorie. ergo possunt esse simul vere. Prima pars maioris patet. quia si ille due scribantur. et socrates leget affirmatiuam et petrus negatiuam erunt simul vere. Secunda pars patet. quia si aliquis existens citra pontes proferat vnaz et alius existens vltra pontes proferat aliam erūt simul vere. Tercia pars patet. quia iste simul stant inveritate. Hic tribulus est sapidus asino. hic tribulus non est sapidus homini. ergo et iste simul stabūt. Hic tribulus est sapidus. hic tribulus non est sapidus. tenet consequentia. quia ex illis inferuntur iste per locum a parte in modo ad suum totum. Et confirmat̄ quia si due prime non dicantur contradictorie. aut etiā due secunde. hoc maxime est quia non leguntur aut proferuntur ab eodem. sed hoc non obstat. quia si ad hoc ꝙ alique propositiones contradicant oporteat eas legi aut proferri ab eodem tunc vnus non posset contradicere alteri. quod est falsum.

Tercio sic probabo ꝙ due cōtradictorie possunt simul esse false. quia iste due possunt simul esse false. Socrates dicit falsum. et socrates non dicit falsum. ergo due contradictorie possunt simul esse false. Antecedens patet. quia posito casu ꝙ socrates proferat hanc propositionem. socrates dicit falsum et nullam aliaz. ista est falsa socrates dicit falsum. qd patet. qa si ipse diceret verū cū nullā aliā ꝓpositionem dicat ꝙ̄ istam. socrates dicit falsum. ergo verum est ꝙ ista propositio socrates dicit falsum. quā ipse dicit est falsa. et in illo casu illa est falsa. socrates non dicit falsum. patet. quia ipse dicit hanc propositionem. socrates dicit falsum. que est falsa vt iam probatum est. igitur.

Quarto sic. Due cõtrarie possunt simul esse false. ergo etiã due cõtradictorie. tenet cõsequẽtia. qa semper ad vniuersalẽ sequit particularis. Similit due subcõtrarie possunt esse simul vere. ergo due cõtradictorie. tenet cõsequẽtia. qa particularis ⁊ vniuersa-lis equiualent saltem in materia naturali.

In oppositum arguit auctoritate philosophi in textu pcedẽti. ¶ Pro solutione questionis ⁊ declaratione textus mouent aliq̃ difficultates.

Prima difficultas. Utrũ diffinitio oppositionis ⁊ diuisio eiusdẽ in cõtrariã. subcõtrariã ⁊ cõtradictoriã sint a philosopho sufficienter assignate. ¶ Pro cuius solutione supponit pmo q hic est sermo de oppositiõe cõplexa ꝓpositionum sumpta penes modos enũctiãdi oppositos. ⁊ nõ de oppositiõe terminoꝝ. qa de illa dictũ est in postpdicamẽtis. nec de oppositiõe ꝓpositionũ sumpta penes pdicata cõtradictoria vel puatiua. vel cõtraria. cuiusmodi est oppositio q̃ est inter has ꝓpositiões. socrates est sanus. socrates est languidus. socrates est videns. socrates est cecꝰ. socrates est homo. socrates nõ est homo Quarũ due pme sunt de pdicatis contrariis. due secũde sunt de pdicatis priuatiue oppositis. due vltime sunt de pdicatis cõtradictoriis. Secũdo supponit q oppositio ꝓpositionũ sumpta penes modos enunctiandi oppositos duplicit accipit. Uno modo generalit pro omĩ oppositione q̃ est inter aliquas ꝓpositiones siue sit penes modos oppositos enũctiãdi qualitatiue. vel penes modos enũctiandi quãtitatiue. Et isto modo oppositio cõsiderat a philosopho in pmo tractatu sumulaꝝ. vbi diuidit eã inter quattuor species scilicet in cõtrariã. subcõtrariã. cõtradictoriã ⁊ subalternã. Et solet sic diffiniri oppositio. Est repugnantia duarũ ꝓpositionũ cathegoricarũ vtroq̃ tmino participantiũ eodẽ ordine scdm eandez qualitatẽ tm̃ vel quantitatẽ tm̃. vel scdm quãtitatẽ ⁊ qualitatẽ simul. Alio modo accipit specialit pro oppositiõe que est int aliquas propositiones penes modos enunctiãdi oppositos qualitatiue tm̃. ⁊ isto modo oppositio cõsiderat hic a pho. Et diuidit solũ in tres species. scilicet in cõtrariã cõtradictoriã ⁊ subcõtrariã. nec ponit subaltna qa subaltne non habent modos enũctiandi oppositos qualitatiue. Dicũt aũt modi enũctiandi oppositi qualitatiue q̃ differũt penes affirmationẽ ⁊ negationẽ. Et modi oppositi quãtitatiue dicũt q̃ differũt penes quãtitatẽ ꝓpositiõis. Et quo

opposicio quõ consideratur ... philo. et quõ ... p. his. et qre nõ ponitur hic subalterna.

Declaracio optia diffinicionis contradictionis.

sequit q cõtrarie. subcõtrarie ⁊ cõtradictorie habẽt modos enũctiãdi oppositos qualitatiue. patet. qa vna earũ semp est affirmatiua ⁊ alia negatiua. Scdo sequit q subaltne habẽt modos enũctiãdi oppositos quãtitatiue. patet. qa vna eaꝝ semp est vniuersalis ⁊ alia particularis. Tercio sequitur q cõtradictorie de subiectis cõmunibꝰ habẽt modos enũciandi oppositos qualitatiue ⁊ quãtitatiue. sed cõtradictorie de subiectis singularibus habẽt modos enunctiãdi oppositos qualitatiue tm̃. ¶ Tercio supponit q oppositio de qua est hic sermo diffinit a philosopho in textu sb noie cõtradictiõis. Hoc modo cõtradictio est affirmatio ⁊ negatio opposite eiusdẽ de eodẽ. ⁊ nõ equoce. Que diffinitio sic est intelligẽda. Cõtradictio est affirmatio ⁊ negatio opposite eiusdẽ de eodẽ. nõ nomis tm̃. nec rei tm̃. sed nois ⁊ rei simul ad idẽ scdm idem similit ⁊ in eodez tẽpore. In qua diffinitiõe dicit pmo affirmatio ⁊ negatio. que debet intelligi copulatim ⁊ nõ copulatiue. Et ratio est. qa si intelligeret cõpulatiue sensus esset. Cõtradictio est affirmatio ⁊ cõtradictio est negatio. modo quelibet earũ est falsa. Alij dicũt q ibi est pdicatio materialis. quãuis eñ affirmatio ⁊ negatio nõ possint pdicari formalit ⁊ qditatiue de oppositione. tamen possunt pdicari de ea pdicatiõe materiali aut fundamentali. eo q fundamentũ pdicat de relatiõe. Unde oppositio fundat in affirmatiõe. id est in oratione affirmatiua. ⁊ tminat ad negationẽ. id est ad orationẽ negatiuam. aut ecõtra. Alij dicũt q debet sic intelligi. Cõtradictio est affirmatio ⁊ negatio opposite. id est repugnantia int affirmationẽ ⁊ negationẽ. Dicitur secũdo opposite. ad ostẽdẽdũ q oppositio nõ ẽ quelibet affirmatio ⁊ negatio. ꝫ ẽ solũ affirmatio ⁊ negatio opposite. Unde hec affirmatiua. Socrates est homo nõ est huic negationi plato nõ est asinus opposita. ⁊ sic inter eos nõ est oppositio. sed magis disparatio. Ex pdictis infert q oppositio subaltna nõ est oppositio. qa est tm̃ affirmatio ⁊ affirmatio. vl negatio ⁊ negatio opposite. Dicit tercio q in illa diffinitiõe eiusdẽ de eodez nõ nois tm̃. nõ rei tm̃. sed nois ⁊ rei simul. quã particulam innuit philosophus cũ dicit eiusdẽ de eodẽ. ⁊ nõ equoce. Unde si esset affirmatio ⁊ negatio alicuius de aliquo equoce accepto nõ esset affirmatio ⁊ negatio eiusdẽ ⁊ de eodẽ scdm rem. Dicit quarto ad idem scdm idem ⁊c. ad ostẽdẽdũ q ad oppositionẽ nõ sufficit affirmatio ⁊ negatio eiusdẽ de eodẽ. sed cum hoc requirit q sit respectus eiusdẽ. ⁊ sic de alijs. ¶ Quarto supponitur q ad oppositionẽ reqrunt cõditiões quattuor generales. Prima est q ꝓpositiões opposite sint de eisdẽ extremis ⁊ de eadẽ copla adequate fm rem ⁊ vocẽ simul. Ex quo sequit q iste nõ opponũt. Tulius currit. marcus nõ

Inter propositiones ypotheticas nō est opposicio.

voce. sed ꝓpositio modalis ⁊ propositio de inesse sunt huiusmodi. igitur. Minorē probo. qa plus differunt propositio modalis ⁊ propositio de inesse q̄ȝ due propositiones de inesse. sed due de inesse differunt numero. ergo alie due differunt plus q̄ȝ numero. ⁊ per cōsequens differunt specie. Secundo sic. Que differunt in forma differunt specie. Nā differentia ꝑm formam est differentia scdm speciem. sed propositio modalis ⁊ propositio de inesse differunt in forma. igitur differunt specie. Minor probatur qa forma propositionis de inesse est simplex inherentia predicati cū subiecto ⁊ simplex compositio eorundem. Forma autem propositionis modalis est modificatio compositionis per quam essentialiter distinguitur ab illa. Dicitur tercio ꝙ tm̄ sunt quattuor modi facientes propositionem modalem. Patet. qa tm̄ quatuor sunt modi determinantes compositionem propositionis differentiā entis significantes ⁊ compositionem ampliantes vltra tempus ꝑsens. igit sunt tm̄ quattuor modi faceintes propositionē modalem. tenet cōsequentia per conditiones superi⁹ positas. Dicit quarto ꝙ nō omīs propositio in qua aliquis illoꝝ quattuor modorum ponit est modalis. sed solum illa in qua ponitur aliquis illorum quattuor modoꝝ determinans compositionem propositionis. Prima pars patet. qa ille nō sunt modales. socrates est possibilis. deus est ens necessariū. chymera est ens impossibile. ⁊ tamen in eis ponit modus. igit Secunda pars patet. qa illa propositio in qua modus determinat coplā habet omīa reqsita ad modalē propositionē. ergo est modalis.

Secūda difficultas. Utrū isti modi necessariū ⁊ impossibile amplient ad qdlibet tēpus scilicet. ꝑsens ꝑteritū ⁊ futurū. ⁊ possibile ⁊ contingens ad ꝑsens ⁊ futurū tm̄. Ad quā dicit cōmuniter ꝙ sic. Et ratio est. qa necessariū ⁊ impossibile possunt esse ꝑm omne tempus. Nam necessariū inest omni tempore. impossibile autem nullo tempore simplicit inest. sed possibile ⁊ contingens possunt solum inesse pro presenti ⁊ futuro. igit. Alia ratio est. qa necessariū ⁊ impossibile sunt modi vniuersales. ⁊ cōtingens ⁊ possibile sunt modi particulares Sed nō videt propter qḋ hoc esset nisi qa necesse ⁊ impossibile ampliāt ad omē tempus. ⁊ possibile ⁊ ꝯtingēs ad ꝑsens ⁊ futurū tm̄. igit. Sed cōtra istō arguit ꝑmo sic. In ꝓpositiōib⁹ ꝯtradictorijs ꝉmini debēt teneri eque ample ⁊ eque stricte. ꝫ ꝓpositiōes de possibili ⁊ ipossibili nō negatē cōtradicūt. ğ ꝉmini eaꝝ debēt teneri eque ample ⁊ eque stricte. tenet ꝯseqntia. qa alias due ꝯtradictorie possent simul esse false.

Secūdo sic. Si impossibile ⁊ necessariū ampliarēt ad tempus pteritum. ⁊ alia duo nō ampliarent sequeret φ iste due cōtradictorie essent simul false. diem hesternū fore est impossibile. ⁊ diē hesternū fore est possibile. Et similiter iste due. adam fuisse est necessariū. adam nō fuisse est cōtingēs vel possibile: Sed hoc est incōueniēs. igit. Propter istas ratiōes dicūt aliq. Possibile et cōtingens ampliāt ad pteritum sicut impossibile et necessarium. Sed cōtra hoc arguit dupliciter: qa ad pteritū nulla est potentia. vt dixit philosophus pmo celi ⁊ mūdi. ergo possibile nō ampliat nec se extendit ad preteritū. Secūdo sic. qa tunc hec ppositio esset vera. adam fuisse ē cōtingens. cū ipa potuerit nō esse vera. Et similiter ista esset vera. adam nō fuisse est possibile ⁊ hec falsa. adam fuisse est necessariū. qd est manifeste falsum. Nam omis ppositio de pterito vera. saltē singularis. cuius veritas nō dependet ab aliqua de futuro est necessaria. ergo hec est necessaria. adā fuit. ⁊ p cōsequēs adam fuisse est necessariū. Aliter ergo dicendū est φ possibile ⁊ contingens ampliant tm̄ ad psens ⁊ futurū. ⁊ similit necessariū et impossibile. nec pp̄ter hoc isti dicunt vniuersales ⁊ illi particulares. quia isti amplant ad plura tempora φ illi. Sed qa isti ampliant copulatiue. ⁊ illi disiunctiue. Sicut est in signis vniuersalibus. nō em̄ dicunt signa vniuersalia qa faciant terminos teneri pro pluribus suppositis φ particularia. Sed qa faciunt teneri copulatiue pro omibus illis pciseq pro qbus signū particulare facit teneri disiunctiue. Sed pter istos modos potest dici φ necessariū ⁊ ⁊ impossibile ampliant ad omne tempus copulatiue et possibile ⁊ contingens ampliant ad ome tēpus disiunctiue. Prima pars patet. qa sicut se habent signa vniuersalia in ppositiōibus necessarijs distribuendo subiecta ipārū. sic se habent isti modi in ampliando impossibile ⁊ necessariū. Sed signa vniuersalia distribuūt subiecta ppositionum necessariarū pro omibus pteritis. psentib' ⁊ futuris. ergo isti modi ipossibile ⁊ necessariū ampliant ad pteritū. psens ⁊ futurū. tenet cōsequentia. qa alias nō essent modi vniuersales nisi ampliarent ad omē tempus. nec sufficit ampliare copulatiue ad duas differentias tēporis. qa vniuersalitas tēpoꝝ nō est solū ex duabus differentijs tempoꝝ. Secūda pars patet qa bene sequit. impossibile ⁊ necessariū ampliāt ad ome tēpus ergo possibile ⁊ contingens ampliant ad ome tempus. Antecedens pbat. qa ex eis fiunt ppositiōes cōtradictorie. Sed in cōtradictorijs termini debent teneri eque ample ⁊ eque stricte. igit. Et cū dicit. ergo ad pteritū erit possibilitas vl' potentia. Dico φ duplex est potentia. Queda est potentia phisica. Que diuidit in potentiā actiuā ⁊ passiuam. ⁊ ista nō est ad pteritum. Alia est potentia logica que nihil aliud est φ nō implicatio contradictionis. vel nō repugnantia cōpositiōis alicuius pdicati cum subiecto. ⁊ isto modo ad pteritū est potentia. Vnde socratē nō cucurrisse postφ cucurrit nō importat aliquā repugnantiā cōceptuū extremoꝝ ppositionis. nec claudit aliquā cōtradictionē ex terminis. Nam quorūcūφ terminorum possibilis fuit vnio nunφ eorū erit impossibilis diuisio. Cū ergo cursus cū hoie fuerit possibilis ⁊ contingens vnio. sequit φ eoꝝ diuisio nunφ erit ipossibilis. impossibile opposita possibilitati logice. Ex his potest dici φ modi facientes ppositionē modalē dicūt possibilitatē cōtingentiā. impossibilitatē aut necessitatē logicā ⁊ nō phisicā. Ex quo posset inferri φ hec ppositio in rigore sermonis est falsa. ignē impossibile est esse frigidū. Et similiter istā. niuem impossibile est esse nigram.

Tercia difficultas. Utruz illud sit

verū qd dicit philosophus in textu φ esse in modalibus se teneat ex parte subiecti ⁊ modus sit predicatū. cū tamen verbū nunφ possit esse subiectū ppositionis. ⁊ modus aliquādo subijciat. vt patet dicendo. socratem possibile est currere. ¶ pro cui' solutiōe supponit pmo φ in textu sic habetur. fiunt em̄ in illis queadmodū esse vl' nō esse appositiōes. subiecto vo res. Hoc qdē albū illud vo homo. Eodē quoφ modo in hoc loco esse quidē ⁊ nō esse subiectū fit. cōtingere vo ⁊ posse appositiōes determinantes queadmodū in illis esse ⁊ nō esse veritatē vel falsitatē. Et hanc litterā diuersimode exponūt. Dicunt em̄ aliq φ philosophus per res subiectas intendit subiectū ⁊ pdicatū. que dicunt res subiecte per similitudinem ad materiā que subijcit forme. sed per appositiōes intendit coplā. que est sicut formale in ppositione. Ideo ad similitudinē formē que apponit. id ē aduenit materie copla appositiōis dicit appositio. ⁊ ita scd̄m istos philosophus nihil aliud vult dicere nisi φ in modalibus esse ⁊ nō esse se habent tanφ res subiecte. ita φ habent similitudinē cū reb' subiectis i hoc scilicet φ sicut negatio addita rei subiecte in illis de inesse hoc est subiecto ⁊ pdicato materiali nō facit cōtradictionē nisi simul ferat supra coplā. Sic em etiā in modalibus negatio lata ad verbū pcise sic φ nō ad modū. nō facit cōtradictionē. Et ita ad habendū cōtradictionē oportet pponere negationē toti aggregato ex modo ⁊ verbo qa modus est pars cople. ⁊ illa similitudo satis patet cū dicit in textu. esse quidē ⁊ non esse oportet po

nere queadmodū appositiōes. quasi dicat. ex q̄ parte esse vel nō esse summit negatio vel affirmatio in modalibus ita se habente tanq̄ res sb iecta ex parte cuius in illis de inesse non summit affirmatio vel negatio. ⁊ q̄ ex parte modi summit affirmatio vel negatio in modalibus. igit modus dicit copla. Vel aliter dicit p̄mo q̄ phs voluit q̄ sicut in illis de inesse verbū est copla cōiungēs simul p̄dicatū subiecto. ⁊ ideo ab ipa dicit ꝓpositio de inesse. Ita in modalibus esse ⁊ nō esse sunt res subiecte. Nō sic q̄ sint subiecta ꝓpositionū. q̄a verbū nunq̄ potest subijci. sed sunt res subiecte. id est deꝰminabilia. ⁊ modi sunt appositiōes. id est deꝰminationes ipaꝝ. ⁊ ideo ab ipis ꝓpositiōes dicunt ꝓpositiōes modales. Dicit secūdo q̄ q̄uis verbū nunq̄ possit subijci. nec etiā modus aduerbialiter sumptus. tamē modus nōialit sumptus potest esse subiectū enūciationis. e/tamē vt in pluribus p̄dicatū. ¶ Sed cōtra hoc arguit quadruplic ter. Primo. q̄a petrus hispanus dicit q̄ modus in modalibus semp debet p̄dicari. Secūdo. q̄a modus est deꝰminatio cōpositiōis dicti. sed determinatio debet sequi deꝰminabile. Tercio q̄a sicut se habet copla i illis de inesse. sic se debet habere modus in modalibus. sed copla in illis de inesse nunq̄ potest subijci. igit. Quarto. q̄a semp modus est determinatio cōpositiōis vnientis vnū extremū cū alia. sed p̄dicatū est alterū extremorū. ergo modus nunq̄ predicat. Ad primā ⁊ secundā dicit simul q̄ in predicatione ordinata in qua predicatū habet de se ratione forme respectu subiecti determinatio nō subijcit. ⁊ sic modus in ea nunq̄ subijcitur. Sed in predicatione indirecta illud quod habet ratione materie ⁊ indeterminabilis potest predicari. patet dicendo. albū est homo. ⁊ ideo in tali p̄dicatione modus potest subijci ⁊ verbū predicari. Ad terciā dicit q̄ est in hoc simile q̄ sicut verbū est forma ꝓpositiōis in illis de inesse. ⁊ se habet vt determinatio respectu subiecti. ita etiam modus in modalibus. Sed est in hoc dissimile q̄ copla est verbū ⁊ modus est nomen. verbū autem potest p̄dicari. nomen aūt nō. immo potest subijci. Ad quartā dicitur q̄ modus est determinatio compositionis dicti. ideo nō est predicatū eius tamen nō est determinatio totius ꝓpositiōis modalis. ideo est bene eiꝰ predicatum.

Quarta difficultas. Utrū hec propositio. socratē possibile est nō esse sit affirmatiua vel negatiua. Et vtrum ad necesse esse sequat possibile esse.

Ad p̄mā partē difficultatis dicūt aliq̄. q̄ ipa ⁊ alie similes de possibili ⁊ contingēti sunt simpliciter negatiue. q̄d

probant tribus ratiōibus tactis in vltima ratione ante oppositū. tunc scōm eos hec est simpliciter affirmatiua. socratē possibile est nō esse. ⁊ hec similiter. chymera nō potest esse ⁊ ideo est falsa. q̄a vna est affirmatiua de p̄senti cuius subiectū pro nullo supponit. Sed cōtra hūc modū dicēdi arguitur quadruplicit. Primo sic scōm phm in textu huius ꝓpositiōis que est possibile est nō esse negatio est hec. nō possibile est nō esse. ergo hec est negatiua. nō possibile est nō esse. ⁊ p cōsequēs alia est affirmatiua cū sibi cōtradicat. Secūdo sic. nulla ꝓpositio est negatiua cuius copla ⁊ p̄dicatū nō negat. sed in ista. socratē possibile est nō esse. nec copla nec p̄dicatū negatur. igit nō est negatiua. Maior patet. q̄a in omi ꝓpositiōe negatiua copla debet negari ⁊ etiā p̄dicatū. cū sequat coplā. Minor patet. q̄a necessariū est q̄ in ista ꝓpositiōe possibile sit copla. aut p̄dicatū. aut pars cople. Terciū sic. sicut se habet esse in illis de inesse ita modus in modalibus vt dicit in textu ⁊ hoc nō potest intelligi nisi q̄ sicut esse aut verbū est copla vel p̄dicatū vel determinatio alterius in illis de inesse. ita modus in modalibus. sed ꝓpositio de inesse nunq̄ est negatiua nisi p̄dicatū ⁊ eiꝰ copla negeꝰ. ⁊ hoc maxime si sint de modo loquendi cōsueto. cuiusmodi scōm eos est ista. socratē nō possibile est esse. Quarto sic. Si hec sit falsa. chymera potest nō esse sua subalterna erit vera. scilicet hec chymera nō potest non esse. sed ad hāc sequit. ista chymera necesse est esse. ergo hec est vera chymera est. q̄d est manifeste falsum. Q̄ aūt ad istā chymera nō potest nō esse sequat ista. chymerā necesse est esse patet per phm in vltimo caplo primi libri sic arguētis. Si semp verū est dicere q̄a est vel erit nō potest hoc nō esse vel nō futurū esse. Q̄ aūt nō potest nō fieri. ⁊ q̄d nō impossibile est fieri necesse est fieri. Ex quo euident patet q̄ bene sequit. chymera non potest nō esse. ergo chymerā necesse est esse. Similit sequit. chymera non potest nō fieri. ergo chymerā necesse est fieri. Si ergo iste sunt false. chymera nō potest esse. chymera nō potest fieri. sequit q̄ chymerā necesse est esse. et chymerā necesse est fieri. Nec valet euasio sic aliq̄s dicat q̄ cōsequentia esset bona si chymera ꝓ aliquo supponeret. q̄a phs arguit in his q̄ nō sunt cū loquit in futuris cōtingētibꝰ. Dicēdū est ergo alit sicut dictū est in sumulis q̄ hec ꝓpositio socratē possibile est non esse est simplicit affirmatiua q̄uis sit negatiua de dicto. Unde ad hoc q̄ aliq̄ ꝓpositio modalis debeat dici negatiua simplicit siue negatiua modalit negatio debet fieri ad modū. Ex q̄ sequit hāc ꝯclusionē nō valere demōstrata modali hec ꝓpositio ē negatiua de dicto. ḡ ē negatiua. vel negatiua modalis. Et q̄d ratiōes q̄ sūt in alia opiniōe patebit q̄d sit dicēdū in fine questionis.

℃ Pro solutiõe secũde partis dicit᷑ pᵐo ꝙ necessariũ ⁊ impossibile vt superius iam dictũ est possunt accipi dupliciter. Uno modo cathegorice ⁊ sic necessariũ valet tantũ sicut ens necessariũ siue perpetuũ ⁊ possibile concretũ huius abstracti possibilitas vel potentia. Alio modo accipiũt sincathegreumatice. ⁊ sic necessariũ tantũ valet sicut impossibile nõ esse. ⁊ possibile sicut esse nõ necesse. ℃ Tercio supponit᷑ ꝙ multiplex est vniuersale. qḋdã est vniuersale in pdicado. ⁊ sic possibile est vniuersale respectu necessarij. qa om̃e necesse esse est possibile esse. sed nõ ecõtra. ⁊ hec cõsequentia valet. necesse esse. ergo possibile esse. ab inferiori ad superius. Aliud vniuersale in distribuendo. Et istud est duplex. qa qḋdã distribuit quo ad supposita sicut signa vniuersalia. Aliud quo ad tempora scilicet qḋ facit teneri coplã ꝓ qualibet differentia tẽporis copulatiue. ⁊ sic necesse est vniuersale. ⁊ hoc modo ista cõsequẽtia tenet a toto in quantitate ad suã partem. hoc est necesse esse. ergo hoc est possibile esse respectu possibilis. Aliud est vniuersale in ampliando qḋ copulatiue ampliat terminũ ad standum pro pluribus differentijs temporis. ⁊ sic necesse adhuc est vniuersale. Et hoc modo hec ꝯsequẽtia valet. necesse esse. ergo possibile esse. tenet consequentia per locũ a tota copulatiua ad disiunctiuã cõstitutã ex eisdẽ ꝓpositionibus. ℃ Tercio supponit᷑ ꝙ contingens accipit᷑ duplicit᷑. Uno modo pro contingenti alto qḋ est cõmune ad om̃es modos contingentis. ⁊ sic illud est cõtingens qḋ nõ est impossibile. ⁊ tale cõtingens cõuertitur cũ possibili. Istud aũt cõtingens habet duas species pncipales. scilicet contingens necessariũ ⁊ contingens nõ necessariũ. Contingens necessarium est idem cõuertibiliter cũ ipso necessario. Sed contingens nõ necessarium est qḋ nõ est necessariũ nec impossibile. Et eius sunt tres modi. scilicet contingens natũ. contingens raro ⁊ cõtingens ad vtrũlibet. de qbus dicetur in libro prioꝝ. Consimilit᷑ possibile potest accipi duplicit᷑. videlicet pro possibili alto. ⁊ sic illud est possibile qḋ non est impossibile. siue sit necessariũ siue contingens. Et diuidit᷑ in possibile necessariũ ⁊ possibile nõ necessariũ. Et sic ista cõsequẽtia. necesse esse ergo possibile esse tenet per locũ ab inferiori ad superius. Unde possibile nõ necessariũ diuidit᷑ per possibile natũ. raro ⁊ possibile ad vtrũlibet.

His suppositis dicit᷑ pᵐo ꝙ possibile altũ sequit᷑ ad necesse esse. patet. qa superius sequit᷑ ad suũ inferiꝰ: sed possibile est superius ad necesse. igit᷑ sequit᷑ ad necesse. patet etiã. qa pars

totius in quantitate sequit᷑ ad ipm totũ in quãtitate. Sed possibile se habet vt pars in quãtitate. ⁊ necesse vt totũ in quantitate. videlicet ꝓpter distributionẽ temporis ꝯsignificati p copulã. qḋ nõ distribuit possibile. [illegible] igit᷑ possibile sequit᷑ ad necesse. Tercio patet. qa disiunctiua sequit᷑ ad copulatiuã. ꝓpositio de possibili alto equalet disiunctiue. ⁊ illa de necessario equalet copulatiue. igit᷑ possibile altũ sequit᷑ ad necesse. Ex quo infert᷑ ꝙ ad necesse esse etiã sequit᷑ contingens. capiendo contengens pro cõtingenti alto. Patet. qa possibile ⁊ contingens cõuertibiliter se habẽt. ergo sicut possibile sequit᷑ ad necesse. etiã contingens sequit᷑ ad necesse. Dicitur secundo ꝙ ad necesse esse nõ sequit᷑ possibile summendo possibile ꝓ possibili nõ necessario. Patet. qa ad possibile esse sic acceptũ sequit᷑ possibile nõ esse per cõuersionẽ in oppositã qualitatẽ. Sed ad necesse esse nõ sequit᷑ possibile nõ esse. ergo nec sequit᷑ possibile esse. Ex quo sequit᷑ ꝙ ad necesse esse nõ sequit᷑ contingens acceptũ pro contingenti nõ necessario propter eandem rationem.

Quinta difficultas. Utrũ modalis cõposite equaleat aliqua modalis. ⁊ vtrũ in ꝓpositiõibus modalibus de subiecto singulari ⁊ ex eisdẽ terminis cõposita ⁊ diuisa equaleant cõuertibiliter. ⁊ vtrũ isti modi contingens ⁊ possibile reponant᷑ in diuersis ordinibus. ℃ Pro solutione vltime partis. qa nunc dictũ est de contingenti ⁊ possibili. Supponit᷑ pᵐo ꝙ quãdocũqȝ possibile ⁊ contingens ponũtur in aliqua ꝓpositione sine addito ipm restringente tunc de rigore sermonis capit᷑ pro contingenti aut possibili alto. ℃ Secundo supponit᷑ ꝙ nulle ꝓprietates cõueniẽtes alicui speciei ſᷓ sua ratione ꝓpria ꝯueniũt generi in sua cõmunitate capto. Ex quibus patet pᵐo ꝙ dicere hoiem esse albũ est contingens. illa ꝓpositio in rigore sermonis nõ debet dici de cõtingenti necessario vel non necessario sed de contingenti alto. nã modus in illa supponit simplicit᷑ aut disiũctim ꝓ qlibet mõ ꝯtingẽtis. Scḋo sequitur ꝙ q̃uis cõcedat᷑ ꝓpositio de contingenti ad vtrũlibet cõuertenti in oppositã qualitatẽ. tamẽ hoc nõ concedit᷑ de cõtingenti alto. Tercio sequit᷑ ꝙ om̃is ꝓpositio de cõtingenti capto siue addito ponit᷑ in eadem linea cũ illa que est de possibili alto. Propositiões ṽo de possibili alto reponũtur in diuersis lineis sicut philosophus reponit eas in tertu. Si contingens cũ addito summit᷑ ꝓpositio reponit᷑ scḋm exigentiã sui additi. ⁊ ideo hec ꝓpositio hoiem esse animal est contingens necessariũ ponit᷑ in quarta

io ordine. ¶ Tercio supponit̃ q̃ quilibet ꝓpositio de cõtingenti nõ neces sario ad sui veritatẽ reqrit veritatẽ vnius copulatiue cõposite ex duab⁹ de possibili. videlicet ex vna habente dictũ affirmatũ. ⁊ ex alia habente di ctũ negatũ. Ut ad veritatẽ huius. socratẽ esse album est contingens. ad vtrũlibet requirit̃ veritas huius. socratẽ esse albũ est possibile. ⁊ socratem nõ esse albũ est possibile. Ex quo sequit̃ p̃mo q̃ ad dandũ contradictoriũ eius oportet dare disiunctiuã compositã ex partibus cõtradicentibus. Secũdo sequit̃ q̃ contingens nõ necessariũ nõ facit ꝓpositionẽ modalez ꝓprijssime captã. cũ nõ sit simplex determinatio cõpositionis. Tercio se quit̃ q̃ omĩs ꝓpositio affirmatiua de contingenti ad vtrũlibet si reponat̃ in aliquo ordine. reponit̃ in duobus scilicet in p̃mo ⁊ secũdo. ⁊ negatiua in qua modus negat̃ in tercio ⁊ quarto. Ex his patet solutio secunde par tis difficultatis. ¶ Pro solutione p̃me partis dicit̃ q̃ modali composite equiualet modalis cõposita. ⁊ diuise diuisa. Et sicut est de equalentia. sic est de oppositione. Ex quo sequit̃ q̃ modalis composita non equalet aut opponit̃ modali diuise. nec ecõtra. patet q̃a sequeret̃ q̃ possibile esset vnã equiualentẽ esse verã alia existente falsa. Sequeret̃ etiã q̃ due cõtradicto rie possint simul esse vere. sed ista sunt incõuenientia. igit̃. cõsequẽtia patet q̃a stat modalẽ cõpositã esse verã. diuisa ex eisdẽ terminis cõstituta existẽ te falsa. ⁊ econtra. ¶ Pro solutione secunde partis supponit̃ p̃mo q̃ du plex est modalis. Quedã est de subiecto singulari simplici. sicut illa in qui bus subijcitur vnus simplex terminus singularis. vel vnũ ꝓnomen sim plex demonstratiuũ. vt dicendo. socratez possibile est currere. vel hoc esse nigrum est possibile. Alia est de subiecto singulari complexo siue compo sito. vt sunt iste. hoc album esse nigrum est possibile. socratem quiescentez possibile est currere. ¶ Secũdo supponit̃ q̃ aliquas ꝓpositiones cõuerti biliter equiualere potest intelligi dupliciter. Uno modo in significando ita q̃ significatũ vnius in propria forma sit significatũ alterius. Alio mo do in inferrendo. ita q̃ significatum vnius sit conuertibiliter illatiuũ signi ficati alterius.

His suppositis dicit̃ primo q̃ mo-

dalis composita ⁊ diuisa de subiecto singulari simplici ex eisdẽ terminis constitute equiualent conuertibiliter in inferrendo. Sed nõ equiualent in si gnificando. Dicitur secundo q̃ modalis composita ⁊ modalis diuisa de subiecto singulari complexo non semp equalent nec in inferrendo nec in significando. Patet de ista. Hoc album esse nigrum est possibile. que cõ

posita est falsa ⁊ diuisa est vera.

Sexta difficultas Utrũ illud sit ve

rum qđ dicit philosophus in textu q̃ potentie rationales possunt in op posita. sed potentie irrationales nõ possunt in opposita. Et similiter si ali qua sunt in potentia que nunq̃ȝ erunt in actu. Ad p̃mã partem dicit̃ vno modo q̃ duplex est potentia. Quedam est actiua. ⁊ talis potentia in irra tionabilibus nõ valet ad opposita. vt patet de potentia ignis. Licet enĩ ignis possit comburere. tamen nõ potest non comburere. Alia est poten tia passiua que tenet se ex parte materie. ⁊ ista potẽtia in irrationabilibus valet ad opposita. vt materia ignis potest calefigeri ⁊ nõ calefigeri. ¶ Sed contra istud arguitur. q̃a brutũ cuius est potentia irrationalis potest am bulare ⁊ nõ ambulare cõmedere ⁊ nõ cõmedere. vt notũ est. ⁊ tamen illa potentia est actiua. ideo potentia actiua irrationalis valet ad opposita. ¶ Aliter dicendũ. Pro quo supponendũ primo q̃ potentia rationalis in ꝓposito dicit̃ illa q̃ s̃m directionez ratiõis potest agere. cuiusmodi sunt intel lect⁹ ⁊ volũtas. ȝ potẽtia irrationalis ẽ illa q̃ s̃m directionẽ ratiõis nõ po test agere. cuiusmodi sunt bruta ⁊ silia. ¶ Scđo supponit̃ q̃ potẽtiã valere ad opposita potest dupliciter intelligi. Uno mõ q̃ possit in ꝯtradictorie opposita. ita q̃ possit agere ⁊ nõ agere. Alio modo q̃ possit in opposita contrarie. ita q̃ possit producere effectus contrarios.

His suppositis dicit̃ p̃mo q̃ poten

tia irrationalis potest in opposita contradictorie. sed nõ potest in oppo sita contrarie. Prima pars pat3. q̃a potentia actiua bruti potest ambu lare ⁊ nõ ambulare. cõmedere ⁊ nõ cõmedere. Secunda pars patet. q̃a cau sa mere naturalis determinata est ad vnuz. Sed potentia irrationalis est huiusmodi. igit̃ est determinata ad vnũ effectũ. Dicitur potentia irratio nalis potest in opposita contradictorie. sed tamen nõ in quelibet. Prima pars patet. q̃a intellectus potest alicui propositioni sibi p̃sentate. assenti re ⁊ dissentire ⁊ aliqđ obiectũ intelligere ⁊ nõ intelligere. Similiter volun tas potest velle ⁊ nolle. ⁊ iste sunt potentie rationales. igit̃. Secũda pars patet. q̃a scđm philosophũ secũdo de aĩa. sicut se habet ignis ad combu rere ita intellectus ad intelligere. sed ignis presentato sibi cõbustibili non potest nõ comburere supposito concursu p̃me cause ignis. nec intellect⁹ potest nõ intelligere obiecto intelligibili sibi representato. per consequẽs aliquando potentia rationalis non valet ad opposita contradictorie.

Dicit̃ tercio q̄ potentia rationalis valet ad opposita contrarie. patet pri mo de intellectu. q̄a alicui ꝓpositiõi p̄sentate intellectui. intellect⁹ potest as sentire ꝛ nõ assentire. ꝫ assensus ꝛ dissensus opponunt̃ ꝯtrarie. ideo po tentia rationalis potest in opposita contrarie. Secundo patet de volun tate. q̄a volũtas aliquo obiecto sibi subiecto ꝛ presentato potest ip̄m vel le ꝛ nolle. Sed volitio ꝛ nolitio ꝯtrariãt̃. igit̃ volũtas potest i opposita cõ trarie. ¶ Pro solutiõe secũde partis supponit̃ p̄mo. q̄ dupliciter potest in telligi aliquod esse in potentia qđ nunq̄ȝ sit in actu. Uno modo sic q̄ ali qua res sit in potentia ad aliud ꝛ tamen nunq̄ȝ acquirit illud. Alio modo q̄ aliqđ predicatũ de aliquo subiecto verificet̃ mediãte hoc verbo potest ꝛ tamen nunq̄ȝ verificabit̃ de eo mediãte hoc verbo est. Dicit̃ scđo q̄ q̄ȝ uis sit inconueniẽs aliqđ esse in potentia ꝛ illud nõ posse ip̄m acquirere eo q̄ esset simul in potentia ꝛ nõ esset. tamen nõ est incõueniẽs aliqđ esse in potentia ad aliud qđ nunq̄ȝ habebit. vt linea est in potentia ad diuidi scđm vnũ q̄dq̄ȝ punctũ. ꝛ tamen nunq̄ȝ diuidet̃. Dicit̃ tercio q̄ q̄ȝuis nul lũ predicatũ possit verificari de aliquo subiecto mediante hoc verbo po test q̄n etiã possit verificari mediante hoc verbo est vel erit. dum tamẽ lo co subiecti ponat̃ ꝓnomen demonstratiuũ demonstrans illud pro quo supponebat subiectum. tamen aliquod predicatũ potest verificari de ali quo subiecto mediante hoc verbo potest. ꝛ tamẽ nunq̄ȝ verificabitur me diante hoc verbo est vel erit. Ista enĩ est vera. Om̄is iniustus potest salua ri. ꝛ tamẽ de facto hec nunq̄ȝ est vera. om̄is iniustus est vel erit saluat⁹. nec similiter ista. hoc est saluatũ demonstrando supposita pro q̄bus suppo nebat iniustus.

Cõclusio respõsalis Ad dandum

contradictionẽ in propositionibus modalibus de eodem modo sufficit ꝛ requirit̃ negationẽ ponere ad modũ. ꝛ hoc suppositis conditionibus requisitis ad contradictionẽ. scilicet q̄ ambe sint singulares. aut vna vni uersalis ꝛ alia particularis eiusdem subiecti ꝛ eiusdem predicati. ꝛ sic de alijs conditionibus positis in primo tractatu sumulaꝝ. ¶ Hec cõclusio relinquitur probata ex dictis.

Ad ratiões ante oppositũ. Ad pri

mam dicit̃ quo ad primas duas ꝓpositiones q̄ nõ sunt contradictorie. eo q̄ subiecta earũ sunt termini cõmunes. quoꝝ neuter est distributus. qđ tamen requirit̃ ad contradictionẽ. De alijs duabus dicit̃ q̄ sunt de di

uersis modis. ꝛ de illis nõ intelligit̃ cõclusio respõsalis vt est visum. Dicit̃ vlterius q̄ due vltime nõ sunt propositiones modales.

Ad secundã dicit̃ negando mino-

rem. Et ad probationẽ patuit solutio in q̄nta difficultate quõ ad necesse esse sequitur possibile esse altum ad qđ nõ sequit̃ contingens ad vtrũlibet q̄ facit ꝓpositionẽ cõuertibilẽ in oppositã qualitatem.

Ad terciã dicit̃ negando maiorẽ

Et ad p̄mã probationẽ dicit̃ q̄ videt̃ ita esse. sed tamen nõ est oratio ita vt patet ex textu. Ad secundã probationẽ dicit̃ negando maiorem.

Ad quartã dicit̃ negando minorẽ

Sed equiualet huic. socratem impossibile est esse.

Ad quintaȝ dicit̃ negando antece-

dens vt enĩ visum est ista propositio. socratem possibile est nõ esse. ꝛ licet sit negatiua de dicto. qđ est negatiuũ scđm quid in modalibus. tamẽ nõ est negatiua simpliciter. Ad probatiões patet solutio in vna difficultate.

Utrũ autez contrari.

Iste est tercius ꝛ vltimus tractatus huius libri. qui continet vnicum ca pitulum. In quo philosophus pertractat quandã dubitationẽ circa op positiones propositionũ. Et diuidit̃ in duas partes In prima parte mo uet vnã dubitationẽ que est hec. Utrũ isti ꝓpositioni. om̄is homo est iu stus contrarietur ista. nullus homo est iustus. vel ista. om̄is homo est in iustus. Similiter vtrum isti. calliges est iustus contrarietur isti calliges est iniustus. vel ista calliges non est iustus. Hoc est querere vtrũ propo sitioni affirmatiue contrariet̃ propositio de modo enunciandi contra rio. vel alia propositio affirmatiua de predicato cõtrario. In secunda par te soluit predictam dubitationem. Et primo soluit eam conditionaliter dicens q̄ si ea que sunt in voce sequunt̃ ea que sunt in anima necesse est q̄ si illa oppositio immediate que est contrarij de contrario extremo non sit cõtraria affirmationi necesse est. ita simpliciter esse in his affirmationi bus que sunt in voce. Sed si oppositio cõtrarij de contrario extremo nõ

sit contraria illi affirmationi que est de alio extremo contrario. Sed oppositio que opponiť affirmatiue sit contraria illi oppositioni que opponitur negatiue, similiter erit in voce ꝙ affirmatiua que est de vno contrario nõ est contraria affirmatiue de alio contrario. vt cũ hec oppositio sit vera. bonũ est bonũ. ⁊ ille sunt false. bonũ nõ est bonum ⁊ bonũ est malum. Considerandũ est vtrum hec oppositio sit vera. bonum est bonum contrarieť huic false. bonũ non est bonum. vel isti. bonum est malum. ⁊ vna illarum falsarũ sit contraria oppositioni vere considerandũ est per quam rationem vna sit magis contraria ꝙ̃ alia. Secũdo soluit predictã dubitationem cathegorice ponendo talem conclusionẽ. Oppositiones de rebus contrarijs non sunt contrarie probat octo rationibus. Prima ratio. Oppositiones contrarie nõ possunt simul esse vere. sed oppositiones de extremis contrarijs possunt esse simul vere. igiť non sunt contrarie. Minor probatur de istis duabus. bonum est bonum. malũ est malum. que sunt de contrarijs extremis ⁊ sunt simul vere. Secunda ratio. de bono est vna opinio que opinatur ꝙ bonum est bonũ ⁊ est vera. ⁊ alia que oppinatur ꝙ bonũ non est bonum ⁊ est falsa. Et sunt multe alie que opinantur bonum esse aliquid ꝙ ipm nec est nec potest esse. Et sunt etiã alie que opinanť ꝙ bonum non est illud qd ipsum est. Et fiunt infinite tales oppiniones. sed vni non contrariantur infinita. ergo isti. bonum est bonum contrariatur ista. bonum nõ est bonum. ⁊ non alie. Tercia ratio inter illas enunctiationes est prima contrarietas inter que est prima falsitas. Sed prima falsitas est inter enunctiationes de cõtrarijs modis enũciandi. ergo ⁊ prima contrarietas. Minor patet. qa pma falsitas est inter illa que fiunt inter generationes ⁊ corruptiones. Sed generatiões ⁊ corruptiones fiunt inter esse ⁊ non esse que sunt contrarij modi enunciandi. Quarta ratio. Opinio que est scdm se vera contrariatur opinioni scdm se false. Sed opinio que opinatur bonum nõ est bonum est scdm se falsa. Illa autem que opinatur bonum esse malũ scdm accidens est falsa eo ꝙ accidit bono esse nõ malum. Quinta ratio Opiniões cõtrarie dicunť plurimum distare sed opiniones de contrarijs modis enunciandi magis distant ꝙ̃ ille que sunt de rebus contrarijs. ergo sequiť ꝙ iste sunt contrarie ⁊ non alie. Sexta ratio. Opinioni vere ⁊ simplici contrariatur opinio falsa ⁊ simplex. sed opinioni bone quoniã bonũ ẽ vera ⁊ simplex. Opinio vo boni qd non est bonum est falsa ⁊ simplex. Non autem opinio boni qd est malum. qa includit affirmatiuam ⁊ nõ ecõtra. igiť. Septima ratio

contrarietas debet vniformiter summi in omibus opinionibus. sed penes contrarietatem rerum nõ potest summi contrarietas in omibus. cũ multa sunt nõ habentia contrariũ. vt homo. Octaua ratio. Sicut se habent iste. Bonum est bonum. ⁊ nõ bonum est bonum. ita iste. bonũ nõ est bonum. ⁊ non bonum non est bonum. ergo per locum a transmutata proportione sicut se habent iste. non bonũ est bonum. ⁊ non bonũ non est bonum. ita iste. bonum est bonum. ⁊ bonum non est bonum. sed due prime sunt contrarie. Minor patet qa isti. bonum non est. bonũ nõ contrariatur ista. non bonum est malum. nec ista. non bonum nõ est malum qa iste tres sunt simul vere. vera autem nunꝙ̃ est cõtraria vere. ergo oportet ꝙ sibi contrarietur ista. bonum nõ est bonum. Et quia philosophus exemplificat per propositiones indefinitas. ideo alias posset credere ꝙ indefinite eiusdem subiecti ⁊ predicati quarum vna est affirmatiua ⁊ alia negatiua essent contrarie. ideo philosophus remouet dubium dicens ꝙ nihil refert quantũ ad intentionem suam siue ponamus affirmationẽ vniuersaliť siue non. qa semp intẽtio sua fuit ꝙ vniuersalis affirmatiua esset ꝯtraria vniuersali negatiue ⁊ ecõtra. ⁊ sic p indefinitas itelligit vniuersales.

Ex predictis infert conclusionem

responsiuam ad dubitationem dicens ꝙ contrarietas in enunctiationibus summiť penes modos enunciandi contrarios ⁊ nõ penes res contrarias. Probat. qa sicut se habent opiniones anime. id est ꝓpositiones mentales. sic se habent ꝓpositiones vocales. Sed manifestũ est ꝙ opiniones anime de contrarijs modis opinandi sunt contrarie. ergo etiam sic est in propositionibus vocalibus. ¶ Finaliter concludit ex predictis ꝙ enunctiatio vera non contrariatur enunctiationi vere. Probatur. qa cõtraria sunt opposita circa idem aũt nõ insunt simul contraria.

Circa hunc textũ queriť vtrum cõ

trarietas in ꝓpositionibus vocalibus sit summenda penes contrarietatem predicatoꝝ aut penes modos enunctiandi contrarios.

Et arguiť pmo ꝙ penes neutrum

ꝙ nulle enũctiatiões sunt cõtrarie. ergo nõ est summẽda cõtrarietas nec penes pdicata ꝯtraria nec penes modo enũciãdi ꝯtrarios. Antecedens patet. qa voci nihil est cõtrariũ. sed omis enũctiatio vocalis est vox. igiť.

Secūdo sic. Si propositiones vocales essent ad inuicem contrarie vel omēs contrariarentur sibiinuicem vel nulle. vel alique ⁊ alique non: Non primum. qa certum est ꝙ non est omnes sunt de predicatis contrarijs. nec omnes sunt de contrarijs modis enunctiandi. Nec est dicendū tercium. qa non est maior ratio de aliquibus ꝙ̄ de alijs. cum non magis repugnat quecūq̄ due ꝓpositiones ad esse simul in eodem subiecto ꝙ̄ alie due propositiones. Iste enim due omnis homo est iustus. nullus homo est iustus non habent maiorem repugnantiam ad esse in eodem subiecto ꝙ̄ iste. socrates currit ⁊ plato disputat. Si dicatur secūdū tunc habetur intentum. videlicet ꝙ nulle enūctiationes sunt contrarie.

Tercio sic scđm philosophū in postpredicamentis. Iste contrariantur. Socrates est sanus. socrates est languidus. sed ille non sunt de contrarijs modis enunctiandi. sed sunt de cōtrarijs predicatis. igitur contrarietas in enunctiationibus vocalibꝰ pe̾bet summi penes predicata contraria ⁊ nō penes modos enunciandi cōtrarios. Et confirmatur. qa ille propositiones dicuntur magis dici contrarie que sunt magis conformes contrarietati rerū. sed sic est de illis que de predicatis contrarijs ⁊ non de illis que sunt de modis enunciandi cōtrarijs. igit̄. Maior patet. qa propositiones non dicunt̄ scđm se contrarie. sed solū propter res significatas. Minor probatur. qa enunctiatiōes de predicatis contrarijs significant res contrarias. vt patet de istis. homo est albus. homo est niger. Non autem ille que sunt de contrarijs modis enunctiandi. Nam iste. omnis homo est albus. nullus homo est albus nō significant aliquas res contrarias.

Quarto sic. Magis opponuntur ⁊ maiorem repugnantiā habent ille enunctiationes que sunt de predicatis contrarijs ꝙ̄ ille que sunt de cōtrario modo enunciandi. ergo ille sunt magis contrarie. tenet consequentia. qa contrarie dicunt̄ maxime distare. Antecedens patet. qa plus requiritur ad affirmatiuam de predicato cōtrario verificandū ꝙ̄ ad verificandū negatiuaꝫ de modo enunciandi cōtrario. Et confirmat̄. qa ad nulū hominē esse iustum sufficit omnē hominem non habere iusticiā. hoc aute nō sufficit ad omnē hominē non esse

iniustū. Sed cū hoc requirit̄ ꝙ omīs homo habeat iniusticiā que est habitus priuatiuus. ergo iste due magis distant ⁊ possunt minꝰ simul esse vere. Omīs homo est iniustus. ꝙ̄ iste. omīs homo est iustus. nullus homo est iustus.

In oppositum arguit̄ auctoritate philosophi. ¶ Pro solutione questionis ⁊ declaratione textus p̄cedentis ponunt̄ alique difficultates.

Prima difficultas Utrū enūctiationes possint sibiinuicē contrariari. Et similit̄ an mentales. vocales aut scripte eodē modo contrariant̄. ¶ Pro cuius solutione supponit̄ primo ꝙ aliqua sibiinuicem contrariari potest intelligi dupliciter. Uno modo intrinsece ⁊ formaliter. ⁊ sic ea contrariantur que sunt fundamenta contrarietatis. Alio modo extrinsece ⁊ obiectiue. ⁊ sic illa dicunt̄ contrariari vel sunt contraria quoꝝ obiecta vel significata totalia sunt contraria. ¶ Scđo supponitur ꝙ triplex est enunctiatio. scilicet. mentalis. vocalis ⁊ scripta. Enunctiatio mentalis est multiplex. quedā est que est vocalis enunctiationis aut scripte naturalis similitudo ⁊ significati eius signū ad placitum. Et talis enunctiatio in habentibus diuersa ydeomata est alia ⁊ alia nec de ista est hic sermo. Alia est enunctiatio mentalis que nō est naturalis similitudo enūctiatiōis vocalis aut scripte. sed ē naturalis similitudo ⁊ signū significans rem naturaliter. ⁊ ista in habentibus diuersa ydeomata non est alia ⁊ alia. sed eadem. saltem in specie. Et ista enunctiatio adhuc est duplex. qa quedam causat̄ in mente ex rerum noticijs aliqbus incōplexis. tamq̄ ex causis partialibus vel ex alijs complexis. Alia est que nō causatur ex noticijs aliqbus incōplexis. sed simpliciter est prima. veniens in mentē naturaliter sic ꝙ nescimus quādo existit in nobis an bene vel quō scđm cōmentatorē tercio de aīa. cuiusmodi sunt enunctiatiōes ille quas aliquis absq̄ prolatione exteriori enunctiationū vocaliū ⁊ formatione interiori format dū aliquā veritatē demonstrat. Alia est adhuc enunctiatio q̄ nō causat̄ aliquo predicto modoꝝ ex reꝝ p̄mis noticijs cōplexis vl incōplexis. sicut est enunctiatio qua intellectus iudicat sic esse aut nō esse sicut per enunctiationes mentales prius dictas significat̄ esse vel nō esse. Et talis enunctiatio a philosopho in textu vocat̄ opinio aīe. Unde oppinio aīe vel enunctiatio sic accepta nihil aliud est ꝙ̄ assensus vel dissensus

quo intellectus assentit vel dissentit.

His suppositis dicit̃ p̃mo q̃ nulle enunctiationes sunt contrarie formaliter ꝛ intrinsece licet possint esse contrarie extrinsece ꝛ obiectiue. Prima pars patet p̃mo de scriptis. q̃a om̃is enunctiatio scripta est in quarta specie qualitatis. Sed qualitatibꝰ quarte speciei nihil est contrariũ. igit̃. Secundo patet de vocalibus. quia vna vox nõ est alteri voci contraria cum permittant se simul ꝛ semel in eodẽ subiecto scilicet in eodẽ aere. Tercio patet de mentalibus. q̃a non magis repugnat duas propositiones mentales contradictorias simul esse in eodem intellectu q̃ȝ quascũq̃ȝ alias. siue etiam q̃ȝ subiectũ vel predicatũ eiusdem propositionis. Sed alique due propositiones aut saltem subiectum ꝛ predicatũ eiusdem propositionis possunt simul esse in eodẽ intellectu. ergo etiam due propositiones mentales contradictorie. ꝛ per cõsequẽs tales non opponunt̃ intrinsece ꝛ formaliter. sed solum obiectiue. Et intellige ista de enunctiationibus mentalibus nõ vltimo sumptis. Dicit̃ secũdo q̃ contrarietas nõ eodem modo reperit̃ in enunctiationibus mentalibus. scriptis ꝛ vocalibus vltimo dictis. licet eodem modo in vocalibꝰ scriptis ꝛ alijs mentalibus. Prima pars patet. q̃a vocales ꝛ scripte nõ contrariant̃ formaliter ꝛ intrinsece. cum possunt esse in eodẽ subiecto. sed opponunt̃ quo ad esse simul veras tm̃. sed opiniones mentales habent simul repugnantiã quo ad esse simul in eo intellectu. Cuius ratio potest esse. q̃a opinio vltra propositionẽ mentalẽ addit assensum. modo impossibile esse simul assentire propositiõibus contrarijs vel contradictorijs. Ideo ille opiniones dicunt̃ inter se habere repugnantiam nõ solũ quantum ad non esse simul. sed etiam quantũ ad stare in veritate simul in eodẽ subiecto siue in eodem intellectu. q̃a impossibile est eundem intellectũ simul assentire contrarijs vel contradictorijs. sed mentales vltimo modo dicte contrariant̃ formaliter ꝛ intrinsice. sic q̃ non possunt esse in eodem subiecto. vt patet per philosophũ quarto methaphisice dicentem q̃ opiniones contrarie non possunt simul stare in eodẽ intellectu. q̃a contraria essent in eodem. igitur. Secunda pars patet. q̃a sicut vocales ꝛ scripte nõ contrariantur formaliter ꝛ intrinsece quo ad esse simul in eodem. nec alie mentales. igitur. Dicitur tercio q̃ eodem modo reperitur contrarietas in enunctiationibus vocalibus. mentalibus ꝛ sc̃ptis sicut in opinionibꝰ quo ad hoc q̃ sicut in mente contrarietas opinionũ attendit̃ penes hoc

Opiniões ɔtrie nõ possũt stare simul i eodẽ subto.

q̃ est esse contrarias eas vel de contrarijs modis opinandi. sic etiam in enunctiationibus mentalibus ꝛ scriptis attenditur penes hoc q̃ est eas esse de modis enunciandi contrarijs. Dicit̃ quarto q̃ contrarietas per prius conuenit mentalibus ꝓpositionibus q̃ȝ vocalibus aut scriptis. patet. q̃a ipsis per prius conuenit veritas ꝛ falsitas. ergo ꝛ contrarietas. Antecedens patet. q̃a naturaliter significant ꝛ a natura habẽt q̃ sint vere vel false. Alie võ ad placitum. Et si arguatur contra p̃dicta. opinio anime est ꝓpositio mentalis. sed opiniones contrarie nõ possunt esse in eodẽ simul intellectu. ergo nec propositiones mentales contrarie. Ad hoc dicenduȝ q̃ licet opinio anime sit propositio mentalis vltimo modo dicta. tamen non est ꝓpositio mentalis secundo modo dicta. Q̃d patet. q̃a stat aliqueȝ habere propositionem mentalem ꝛ tamen non habere opinionem circa eam. id est nõ assentire vel dissentire eidem. igit̃ iste due mentales. omnis homo est albus. nullus homo est albꝰ possunt simul esse copulatiue aut disiunctiue in eodem intellectu. ꝛ tamen nõ simul assentire vtriq̃ȝ. igitur assensus siue opinio anime non est propositio mentalis.

Secũda difficultas Utrũ in enunctiationibus contrarietas sit summenda ex parte predicatorum contrariorum. aut ex parte modorũ enunciandi contrariorum. Et que propositio dicitur primo ꝛ per se falsa. ꝛ que dicitur simplex. ¶ Pro solutione prime partis supponitur p̃mo q̃ predicata contraria sunt termini qui nõ possunt de eodem simul ꝛ semel verificari. sed bene successiue. Ut album ꝛ nigrum. Modi autem enunctiandi dicuntur contrarij quorum vnus est affirmatiuus ꝛ alter negatiuus. ¶ Secundo supponitur q̃ termini se tenent ex parte materie ꝓpositionis. Modi võ enunciandi ex parte forme

His suppositis dicit̃ primo q̃ quis ꝓpositiones de predicatis contrarijs ex parte materie magis debeant dici ɔtrarie q̃ȝ ille q̃ sũt de ɔtrarijs modis enũciãdi. tñ ille simplicit̃ magis debeant dici ɔtrarie que sunt de ɔtrarijs modis enũciandi. Patet. q̃a aliq̃d magis debet denominari ab eo q̃d se tenet ex parte forme q̃ȝ ab eo q̃d se tenet ex parte materie. ¶ Pro solutione secũde partis dicitur primo q̃ aliqua ꝓpositio potest dici p̃mo ꝛ p̃ se falsa dupliciter. Uno modo q̃ inter subiectũ ꝛ p̃dicatũ nihil mediat p̃ q̃d posset ostẽdi p̃dicatũ inesse falso subiecto. ꝛ sic ista est falsa. bonũ est malũ. q̃a s̃m ph̃m p̃mo posteriorum illa propositio in qua predicatur oppositum de opposito est primo falsa.

VI

Proposicio in q idẽ negat' de se ipo quã est falsa

Alio modo potest dici p̃mo ꝛ per se falsa. q̃a ante ipam non est alia magis falsa ad quã sit reducibilis. Et sic illa in qua idem negatur de seipo est primo ꝛ per se falsa. Et nõ illa in qua predicatur vnum oppositũ de alio. Dicit̃ aũt in textu ꝙ inter terminos generationis ꝛ corruptionis est primo falsitas. q̃a esse ꝛ non esse sunt termini generationis ꝛ corruptionis. ꝛ sunt modi enunciandi contrarij ꝛ predicata prima que possunt vere ꝛ false enunctiari de aliquo. Dicitur secundo ꝙ illa propositio dicitur simplex in proposito respectu alicuius alterius que nec implicat nec infert aliam sed implicatur ꝛ infertur ab alia. sicut est ista Bonũ non est bonum. in ordine ad istam. Bonũ est malum. Et si queratur vlterius vtrum iste sunt contrarie bonum est bonũ. ꝛ bonum non est bonum vt videtur philosophus dicere in textu. Dicit̃ ꝙ si accipiatur contrarietas communiter vt se extendit ad omnẽ oppositionẽ sic bene sunt contrarie eo ꝙ sunt subcõtrarie scd̃m formam q̃uis sint contrarie scd̃m legem. eo ꝙ non possunt simul esse vere. ꝛ eo ꝙ equalent vniuersalib' cũ sint in materia naturali. Cũ autem dicit philosophus ꝙ non refert si termini summantur vniuersalit̃ potest vno modo exponi. ꝙ hoc est verũ quo ad rationem generalem oppositionis. Non autem quo ad suppositionem terminorum. aut etiam quo ad veritatem vel falsitatem. Alio modo potest exponi quo ad suam propositionem. quia ipe semper intellexit ꝙ vniuersalis affirmatiua ꝛ vniuersalis negatiua essent contrarie. ¶ Circa predictũ textum posset moueri vna difficultas de loco a transmutata proportione per quã philosoph' arguit in vltima ratione. Sed solutio huius patet ex quinto tractatu sumularum.

Cõclusio responsalis. Contrarie

tas in enũctiatiõib' vocalib' summẽda est penes modos enũciãdi cõtrarios ꝛ non penes predicata contraria. Probatur ratione philosophi. q̃a sicut est in opinionibus anime. ita est in enunctiationibus vocalib'. sed contrarietas in opinionibus summitur penes modos enunciandi contrarios. ergo in enunctiationibus vocalibus contrarietas est summenda penes modos enũciandi contrarios. Maiorem probat philosoph' quia ea que sunt in voce sequunt̃ ea que sunt in anima. Minorem etiam p̃bat octo rationibus vt visum est.

Ad ratiões. Ad p̃mã ꝛ secundam

patet solutio.

Ad terciã dico ꝙ philosophus nõ

intelligit illas esse simpl' contrarias. sed intelligit ꝙ sunt enunctiationes de predicatis contrarijs. Ad confirmationẽ eius patet solutio.

Ad quartã ꝛ ad eius confirmatio

nem ꝙ quãuis plus requirat̃ ad virificandum affirmatiuam q̃z negatiuã tamen non sequit̃ ꝙ affirmatiua magis distet aut magis opponatur affirmatiue q̃z negatiue. sicut plus requiritur ad verificandũ copulatiuam q̃z disiunctiuam. ꝛ tamen disiunctiua de partibus contradicentibus magis opponitur copulatiue q̃z copulatiua.

Opus resolutionis questionũ veteris logice. cum lucida textus aristotelis expositione ad oppinionẽ doctoris scoti regia in ciuitate Cracouiensi impressum. Impensis spectabilis viri dñi Johannis haller. Anno salutis nostre. M. CCCCC. viij. In vigilia scti bartholomei apostoli felicem sortitus est finem Seuiente his temporibus ibidem horrenda peste epedimia.

LAUS DEO GLORIOSO





